

GRAMMATICA CRITICA  
LINGUAE SANSKRITAE

AUCTORE

FRANCISCO BOPP,

DR., PROFESSORE PUBL. ORDIN., ACAD. REG. BORUSS. SOCIO ORDINARIO, INSTIT. REG.  
AMSTELOD. SODALI, SOCIETT. REG. ASIAT. PARIS. ET LONDIN. SOCIO.

SA4V  
BOP.

---

*ALTERA EMENDATA EDITIO*

---

BEROLINI

PROSTAT IN LIBRARIA FERDINANDI DUMMLER.  
MDCCCXXXII.

EX OFFICINA ACADEMICA

VIRO ILLUSTRISSIMO  
LIBERO BARONI GUILIELMO AB HUMBOLDT  
SERENISSIMI AC POTENTISSIMI REGIS BORUSSIAE MINISTRO

HUNC LIBRUM

SUMMA CUM VENERATIONE

D. D. D.

AUCTOR.

PRAEFATIO PRIORIS VERNACULO ~~SERMO~~  
CONFECTAE EDITIONIS.

Cum Grammaticam hanc conscribere instituerem, magna-  
que viderem WILKINSII et FORSTERI de lingua Sanscrita me-  
rita, facile intellexi, has litteras non tam accuratiori et copio-  
siōri Grammaticorum, indigenarum studio augeri et adjuvari  
posse, quam liberā adhibitā criticā arte, quae rationem et le-  
ges, quibus lingua in formationibus suis sit usa, examināre et  
explicare studeat. Quod propositi mei consilium ita perficere  
sum conatus, ut, omnibus longis quaestionibus rejectis, non  
facile compendii fines transgrederer; quare cavebam diligen-  
ter, ne, cum singula quaeque accurate tractarem, ratio summa,  
a qua ista proficiscuntur omnia, negligeretur. Non potuit  
igitur fieri, quin ratio, quae non ea solum, quae ad intelli-  
gendos scriptōres et ad facultatem scribendi quandam sunt  
necessaria, exhibere, sed ulterius progressa ad accuratam in-  
terni linguae organismi cognitionem studebat ducere, multum  
etiam faceret ad constituendam methodum, et, ut alia prae-  
termittam, me cogēret, ut, universalem casuum formationis

### *Praefatio.*

theoriam, tum in linguae Sanscritae prioris temporis grammaticis, tum in reliquarum ejusdem stirpis linguarum compendiis adhuc desideratam proponerem. Ratio, enim, qua, vel majore vel minore declinationum numero proposito, casuum theoria particulatim docetur, ad externum magis linguae usum spectat, itaque ea quae naturam suam proxime sunt conjuncta, et conjunctim tractata optime sese explicant, tali modo sejunguntur nimis ac divelluntur. Attamen illam in plures declinationes divisionem, quamquam abesse potuerat, ne utriusque methodi commodis carerem, tanquam utile additamentum retinui, et casuum formandorum doctrinae ita subjunxi, ut singulae declinationes locum mihi concederent ubi ea, quae recedunt a regulis universalibus, insererem; quae si universali casuum formationis theoriae addita fuissent omnia, timendum erat certe ne animum a summa re avertissent. Idem fere consilium in Verbi explicatione secutus sum; uniuscujusque Temporis atque Modi formatio paucis regulis absolvitur, quae omnes Conjugationes, earumque differentiam, complectuntur, deinde vero de singulis radicum classibus eo tantum consilio seorsim agitur, ut demonstrentur ea, quae Verbis quibusdam anomalis sint propria. Doctrina de litterarum ante terminationes grammaticas mutatione, a WILKINSIO omissa, tam in universa formarum explicatione, quam hac in re potissimum magnae mihi erat utilitati; tali enim modo quam brevissime,

cuique formationi, uno tantum numero addito, quasi historia ipsius poterat apponi.

Est autem nominum formatio, ea linguae Sanscritae pars, quae a Grammaticis indigenis accuratissime est tractata; quare nihil aliud in hac parte mihi reliquum erat, quam ut hanc sectionem eâ, quae a perspicuitate et integritate non abesset, brevitate comprehenderem. Cum enim in etymologia ubique omnium maxime praevaleat forma oporteat, in cuius explanatione et definitione omnis nititur grammatica, totam statim uniuscujusque suffixi historiam enarrandam, sive omnem vim et efficaciam ejus exponendam potius, quam a notione incipiendum et de uno eodemque suffixo pluribus et longe a se remotis locis dicendum putavi. Suffixa tamen, quae Derivatorum formationi inserviunt, mihi, ut jure hac in re sequerer antecessores meos grammaticosque indigenos, sejungenda erant a nominum primitivorum suffixis, etsi utriusque classis sunt siugula quaedam, quae inter se consentiant. Suffixa, vi sua et notione cognata, in rerum indice reperiuntur congesta. — Ubi nulla causa certum quendam sibi materiae ordinem poscit, evolvendo maxime idoneus esse videtur alphabeticus; hac igitur ratione usus sum in iis suffixis, quae non item atque illa, quae proxime ad Verbum pertinent, reliquis praeferrî debebant. Ceterum ordo alphabeticus in lingua Sanscrita, quoniam litterae systematice divisae sunt, item est systematicus; atque suffixa,

quae vocali tantum continentur, vel a vocali incipiunt, apte in ipso initio mihi collocanda esse videbantur. |

Doctrina de compositione verborum in lingua Sanscrita eo majoris est momenti, quod lexicon vel locupletissimum omnia composita, nisi forte sunt appellativa, nequit comprehendere, quoniam nobis perpetuisque formationibus nulli hac in re positi sunt fines, potestque unumquodque vocabulum cum quoque fere alio conjungi, dummodo ex significatione eorum conjunctio quaedam cogitari possit. Compositorum vero in sex classes divisionem, quam Indici Grammatici statuunt, retinui, operamque dedi, ut tum singularum notionem et naturam quam accuratissime definirem, tum multis exemplis scriptorum allatis explicarem, ita ut etiam ea respicerem, quae, quamquam satis frequenter occurrunt, primo quidem aspectu ad nullam harum sex classium pertinere videntur, re vero accuratius examinata, ad unam earum sine haesitatione referri possunt. | Quibus rebus effecisse me arbitror, ut, sive theoreticam, sive practicam rationem respicis, hanc partem melius possem exponere, quam si qui ante me de hisce rebus scripserant, quorum in operibus haec doctrina parum mihi satis facit, quoniam hac in re magis quam in reliquis omnibus Indicorum Classicorum ratio haberi debet; quodrum quidem scriptis ad alia etiam explicanda praecepta me, ut grammaticam quam integerrimam redderem, uti debuisse, demonstratum est saepius (cf. r. 493. et 597.)

Neque, ullâ, opinor, opus erit excusatione, quod e quidem, recedens ab antecessoribus meis, *Visârgam* ex terminationibus grammaticis quasi detruserim, positis continuo pro hoc signo iis litteris, quae certis quibusdam conditionibus ex legibus definitis in *Visârgam*, mutantur. Quamquam autem haec mutatio in fine etiam sententiae, h. e. ante Pausam locum habet, minime tamen .c. c. Nominativum, quem Grammatica extra sententiam, i. e. extra aliorum verborum nexum proponit, tanquam in fine sententiae positum esse, necessario cogitari debet. Quodsi ad constructionem omnino non respicitur, aptissime sonus primitivus स् vel र ponatur; discantque tirones ex euphoniae regulis, quibus locis hae litterae finales vel in *Visârgam* vel alio modo commutentur; cum contra, si v. c. अविभः et अक्षिपः scribitur, non facile perspiciatur, in priori exemplo *Visârgam* secundum euphoniae legem ex र, in posteriori ex स् esse oriam. Quae quidem in re, quantum mea ratio prioris temporis conamina superet, a perito primi hujus Grammaticae fasciculi critico nuper est comprobatum (*Journal Asiatique* t. VI).\*)

---

\*) Si E. BURNOUFUS l. l. in doctis de *Visarga* notis non potest quin aliquatenus suspicetur, *Visargam* suapte natura certas quasdam nominum et verborum terminationes denotare posse, hanc resolutionem habuisse non veri similitudinem, quantum ad id quod non nego e quidem, quamquam, re accuratius examinata, *Visargae* phoneticam modo, nec vero grammaticam et etymologicam hypostasim tribuere possum. Phoneticam quidem hypostasim esse *Visargae* in grammatica mea non negatur, quoniam, sive ex euphoniae legibus pro lit-

III<sup>1</sup> Syntaxin linguæ Sanscritæ edam, glossaribus quod jam in ceptum est, i perfecto, adjuvandum enim et augendum littera-

tera<sup>s</sup>, sive pro littera *r* positum sit, nunquam pendet ex hârum litterarum pronuntiatione, cum in quoque loco, et in omni, quo fungitur munere, spiritum valeat, leniorem quidem illo qui per litteram exprimitur, quare signo integrâ phoneticâ hypostasis firmata est. Contra vero easdem inveni nullam, cujus putarim, *Visargam* grammaticæ non pendere ex litteris *s* et *r*. Qui hanc sententiam velit tueri, videat, ne in maximas sane incurrat difficultates, cogaturque, ex arbitrariâ quâdam sua definitione tria *Visargæ* genera proponere quorum unum cum antecedente *a* mutaretur in *ô*, et eo quidem loco quo alterum genush in *r* mutari deberet. Tertium demque genus illud esset, quod sub fine rad cum ex litteris *s* sive *r* oritur, ut भा, भाम्, गी, गिरम्, quo fit, ut hoc tertium genus denno in duas partes dividi possit. Quum igitur nemo queat dubitare, quin in Sanscritâ lingua spiritus finalis quibusdam conditionibus ex *s* et *r* litteris oriatur, non minus quam in Græca spiritus asper sæpissime pro *s* primitivo ponitur, ex mea quidem sententia aptissime ita statuitur, ut *Visarga* terminationum grammaticarum, quibus proprii et primitivi spiritus finalis potestatem non tribuimus, pariter litterarum *s* et *r* mutatione explicetur, nec contra *Visarga* primitiva in *s* et *r* litteras mutetur. Quæ quidem res primum, quod optate innotet doctis simus E BURNOUR, cognatarum linguarum similitudine magis quoque probatur, tum vel Grammatici Indici *s* litteram, non *Visargam* propriam Nominativi et secundæ Verborum personæ notam esse statuunt, denique facile, opinor, apparebit, वसिष्, neque वसिष् primariam esse formam, quum secundæ personæ characterè conjunctam quòdam modo esse hanc formam cum Præsentis वसिषि, nemo negare possit. Quodsi equidem in Nominativo singulorum वसिष् non वसिष् scribo, contra Indicos Grammaticos in eo tantum repugno, quod euphoniae regulam aliquam negligo, quam sequi deberem, si वसिष् in nexu scripturae vel ante Pausam vel ante व, छ, झ, ञ litteras positum esse fingerem. Scriptores quidem sequantur hanc regulam Grammaticæ autem sit, formam Nominativi, atque defendere ab is mutationibus, quas in orationis nexu, per loci in quo ponendæ sũt vim et potestatem, subire debent. Quodsi stateretur, eam formam, quam verbum aliquod sub fine sententiæ, itaque extra vim sequentis litteræ positum, assumit, esse primariam *Visarga* quidem forma primaria multarum grammaticarum terminationum esset, sed वसिष् et वसिष् etc item essent formæ primariæ talium, quæ hosce casus obliquos formant विसि, विसि, वसि, वसि etc., totumque radicum systema admodum labefactaretur, cum non concederetur, subnam orationis interruptionem in ultimam finalis verbi litteram vim habere posse. Sin vero quaeritur, quæ sit causa, cur *s* sive *r* finale, certis conditionibus, in spiritum mutetur, ea certe inest in mutabilitate, depravatione et debilitatione, quibus temporum de-



rum Sanscritarum studium hoc magis syntaxi illi mihi videtur necessarium, præsertim cum WILSONI lexicon utilissimum quidem opus, quamquam sironibus multis ex causis non satis ap-

curso litterae finales maxime subjectae sunt. Nam *s* et *r* litterarum in debilem spiritum transitus quam proxime accedit ad integram illarum suppressionem, et mollitiae sane speciem præ se fert hac in re lingua Sanscrita, quippe quae litteras istas finales, quas cognatae Europæae linguae in quoque loco admittunt, ante certas tantum ipsiusque aptissimas litteras ferre possit. Ahli jussimò' autem tempore in lingua Sanscrita eisdem finales *s* et *r* litteras immutabiles fuisse oportet. Nec minus perspicuus mihi quoque est *s* litterae finalis in vocalem transitus, cum enim Grammatici Indici mutationem terminationis *ṣṭ* in *ṣṭ* ita explacent, ut dicant, *ṣṭ* mutatum esse in *ṣṭ*, quod cum antecedente *ṣṭ* in *ṣṭ* transeat in eorum sententiam abire nullus dubito, cum *ṣṭ* in lingua Sanscrita *a* et *u* sonorum conjunctione ortum esse satis appareat. Præterea notata dignissimum est, litteras sibilantes et semivocales *ṣ*, *ṣ*, *ṣ*, *ṣ* ad debiliores pertinere consonantes litteras, quarum mutatio in vocalem ideo est facillima, quæ in re silentio non est prætereunda, quæ *ṣ* in lingua Gallica ipsa quoque *l* littera post *a* in *u* commutat, quod cum illo *a* exhibeat vocalem *o*, unde dicitur *fauz* ex *falsus* *animaux* pro *animals* etc. Lingua Sanscrita qui sem mutationem terminationis *as* in *ṣ* (= *ṣ* + *u*) certis modo conditionibus, aut sonoras scilicet consonantes et *ṣ* vocalem, admittit, lingua Palica autem, quam maxime cognata Sanscritae, viam, quam ista est ingressa, ita confecit, ut sine ullo sequentis litterae respectu terminationem *as* semper in *ṣ* immutaret (vid. F. BENOISTII et LASSENTI librum «*Essai sur le Pal.*» Paris 1826.) Quae quum ita sint, satis mihi videant demonstrasse, quam parum sit idoneam, de euphonicis *ṣṣṣ* immutationibus agere, id quod in antecessorum meorum grammaticis est factum, ea enim, quae de *ṣṣṣ* propria phonetica potestate dicenda sunt, a *ṣ* regulis pronunciationis pertinent, et, ea quae sola restat difficultas, hac re continetur, quod in lingua Sanscrita, utpote jam dudum emortua, fortasse gradus fortitudinis sive debilitatis definiri non potest, quo spiritus finalis sit pronuntiatus, quapropter non solum hac in re, verum etiam in ceterarum litterarum pronuntiatione ipsam Indorum traditionem sequamur necesse est. Theoria autem grammaticæ *ṣṣṣ* per euphoniae utriusque illius litterae regulas, certis quibusdam locis in spiritum commutatae, conficitur. Hoc loco mihi adnotare etiam liceat, in prioribus Grammaticis de *ṣṣṣ* quoque euphonicis immutationibus disputari, quod item in mea Grammatica evitatum est, cum parum apte ex euphoniae legibus mutari dicatur littera, quæ nullum unquam vocabulum naturæ suæ terminatur, et quae eâ ipsâ de causâ nullam euphonicam mutationem potest subire, sed aut ex reg. 16. libere pro *ṣ* finali ejusque euphonicis immutationibus poni potest, itaque navium *ṣ*, *ṣ*, *ṣ*,

tum, in Europa raro nunc reperiatur \*): Ceterum ad practicam Grammaticae explicationem anno (sequente episodum Mahā-Bhārati, Ardschuni reditum ex Indici coelo, una cum versione et analysi grammatica publici faciam juris — Praeterea his qui in discenda lingua Sanscrita praeceptoris institutione carent, prae ceteris, quo facilius introducantur in harum litterarum studium, editionem meam Nali tum propter versionem latinam ad verbum factam, tum propter eximiam poesis virtutem et scribendi generis simplicitatem commendandam esse arbitror

Scr Berolini d' x m Nov a MDCCCXXVII

AUCTOR

ञ et फ़ vice fungitur, aut ex reg 69, tanquam singularis quidam sonus, mutat o est euphonica litterae ञ finalis.

\*) Nuper aliud hujus generis opus est editum, ROSENII scilicet radicum collectio, quae cum hac grammatica, citatis ex ea regulis ad conjugationem spectantibus recte conjuncta est, et significationum Verborum accurata investigatione antea earum dispositione priores longe superat rad cum collectiones

## PRAEFATIO HUIUS EDITIONIS.

**G**lossarium quod in prioris editionis praefatione promise-  
 ram, posthac edidi (Berolini 1830 apud Ferdinandum Dümmler),  
 analysin quoque grammaticam, non quidem episodio l.c.  
 commemorato, sed primo Nali capiti curavi accomodandam, al-  
 terique illius carminis editioni, Berolinensi, apposui. Syntaxin  
 autem nondum absolvere potui. Ne tamen extensum hac de re  
 opus expectent lectores; Sanscrita enim lingua, apud antiquio-  
 res imprimis auctores, locupletissimae et perfectissimae suae  
 Grammaticae raro transgreditur fines a natura constitutos, ita  
 ut, qui ea repetere noluerit, quae ad generalis Grammaticae  
 pertinent principia et eodem jure in cujusvis alius ex eadem  
 familia linguae compendio locum habeant, paucis capitibus ab-  
 solvat syntaxin sanscritam.

Quod ad rationem hujus editionis ad priorem attinet  
 germanice scriptam; eandem conservavi regularum dispositio-  
 nem, atque, ubi novas adjeci, duabus regulis per litteras *a* et  
*b* distinctis eundem anteposui numerum. Ceterum leges qui-  
 bus formationes grammaticae nituntur altius explorare, flexio-

numque descriptionem tum concisorem tum faciliorem red-  
 dere studui. Maximi adjumenti hac in re mihi fuit casuum  
 in *fortes*, et *debiles* divisio, formarumque Verborum in  
*puras* et *auctas*, terminationumque personalium in *gra-*  
*ves* et *leves* sejunctio, unde p̄ndet, id quod r. 300<sup>a</sup>. explicavi,  
 sive *gunatarum*, ut hoc verbo utar, sive non *gunatarum* for-  
 marum, usus, eadem prorsus, ratione, atque in Gallica lingua  
 dicitur 'c. c. „*je viens*” adjecto quodam *Gunae* incremento, vocali  
 scilicet *i* insertâ, quum in Plurali „*nous venons*” propter gravi-  
 orem ejus terminationem, pura restituatur radicis forma. (111111111)  
 (111111111) Post priorem hujus editionis fasciculum (usque ad r. 491.)  
 in lucem editum cognatae Zendicae linguae operam navavi, et  
 saepius iis perquisitis partibus, quas Parisiis, et Hamburgi, cu-  
 rarunt Viri clarissimi E. BURNOUF et OLSHAUSEN, notatu dig-  
 nissimas deprehendi formas, quae vel ad firmandas, vel illustran-  
 das, vel corrigendas theorias in hoc libro propositas maximi  
 mihi videbantur esse momenti. De quibus rebus rationem red-  
 didi in Addendis, ubi etiam varias formas, quae *Védorum* pro-  
 priae sunt, antiquiores et perfectiores commemoravi, easque  
 explicare studui. (111111111) (111111111) (111111111)  
 -111111111- Scr. Berolini d. XXX. m. Martii a. MDCCXXXII.

GRAMMATICA CRITICA  
LINGUAE SANSKRITAE.

# LITTERARUM SCRIPTURA ATQUE PRONUNCIATIO.

---

1. **I**n systematico sanscritarum litterarum ordine vocales a consonantibus separantur, primum tenentes locum; numero sunt quattuordecim, scilicet decem simplices et quattuor compositae vel diphthongi. Inter simplices quinque sunt breves totidemque longae, ita ut quaevis brevis sibi respondentem habeat longam vocalem. Consonantes litterae secundum organa, quibus pronunciantur, in quinque ordines rediguntur; quibus sextus et septimus additur ordo, quorum prior semivocales complectitur, posterior sibilantes, ः (*h*), et litteram quandam, quae *l* sonum indicat, sed in *Védicis* tantum invenitur. Totus consonantium numerus est quattuor et triginta.

ANOT. Vulgo adduntur vocalibus duo signa, scilicet *Anusvāra* et *Visarga*, quorum prius ex puncto (·) consistit, quod in syllabae fine nasalem sonum indicat, de quo fusius in r. 15. et 16. agitur. Posterius e duobus punctis (:) consistit, spiritumque indicat, qui certis legibus pro euphonica ः et ः (*r*, *r*) consonantium mutatione, nunquam vero ः (*h*) litterae loco ponitur. Haec quidem duo signa, quanquam consonantium potius quam vocalium habent naturam, a grammaticis indicis ideo inter vocales referuntur, et speciminis causa ः vocali adscribuntur (ः, ः), quia in syllabarum fine solum occurrunt, nunquam vero syllabam incipere vel consonantem sequi possunt. Syllabae autem, ex Indorum sententia, omnes in vocalem desinant litteram, quae sono nasali tantum, *Anusvārae* signo expresso, vel leni,

quam *Visarga* exprimit, aspiratione affici potest. Sont Grammatici, qui consonantibus etiam क् litteram annumerant, quae vero ad compositas pertinet litteras, nam क् et ए् litterarum est conjunctio.

## SANSCRITORUM SIGNORUM FORMA ATQUE SIGNIFICATIO.

### VOCALIS. \*)

Simplices: अ *a*, आ *ā*; इ *i*, ई *ī*; उ *u*, ऊ *ū*; ऋ *ri*, ॠ *rī*; ए *ri*, ऐ *lri*, लृ *lri*.  
Diphthongi: ए *e*, ऐ *ai*; ओ *o*, औ *au*.

### ANUSVARA ET VISARGA.

ॠ, (—v. r. 17) ङ्; ञ्; ॡ (\*\*).

### CONSONANTIS.

1 <sup>o</sup> ordo, Gutturales	क <i>ka</i> , ख <i>kha</i> ;	ग <i>ga</i> , घ <i>gha</i> ;	ङ <i>nga</i> .
2 <sup>o</sup> ordo, Palatinae	च <i>tscha</i> , छ <i>tschha</i> ;	ज <i>dscha</i> , झ <i>dschha</i> ;	ञ <i>ña</i> .
3 <sup>o</sup> ordo, Linguales	ट <i>ta</i> , ठ <i>tha</i> ;	ड <i>da</i> , ढ <i>dha</i> ;	ण <i>ṇa</i> .
4 <sup>o</sup> ordo, Dentales	त <i>ta</i> , थ <i>tha</i> ;	द <i>da</i> , ध <i>dha</i> ;	न <i>na</i> .
5 <sup>o</sup> ordo, Labiales	प <i>pa</i> , फ <i>pha</i> ;	ब <i>ba</i> , भ <i>bha</i> ;	म <i>ma</i> .
6 <sup>o</sup> ordo, Semivocales	य <i>ya</i> , र <i>ra</i> ,	ल <i>la</i> , व <i>va</i> .	
7 <sup>o</sup> ordo, Sibilantes	श <i>sa</i> , ष <i>scha</i> ,	स <i>sa</i> , ह <i>ha</i> ,	ळ <i>lra</i> .

### NUMERORUM SIGNA.

१ 1, २ 2, ३ 3, ४ 4, ५ 5, ६ 6, ७ 7, ८ 8, ९ 9, ० 0.

ANOT. औ et औ diphthongi etiam औ et औ scribuntur. Sunt quoque variantes formae ad exprimendas litteras अ (cum iis in quibus अ signum contentum est) ए, ऐ, वा, ष, भ, scilicet:

अ ए ऐ ष ण भ न  
a e ai dschh n bh bh.

\*) Longae vocales una cum e et o diphthongis circumflexi signo soleo notare.

\*\*) De *Anusvara* usa atque positione vide r. 15. 16. et 17.

## MIDIA ATQUE FINALIA VOCALIUM SIGNA

2. Vocalium formae supra depictae in vocabulorum initio tantum ponuntur, in eorum medio et fine autem *a* breve (अ) non scribitur, sed quaevis consonans littera, quae non alia quapiam vocali aut *a* signo (vid. r. 6.) jungatur, cum *a* brevi pronuntiatur e c. अक lege *aka*, neque *ak*, quae quidem posterior syllaba अक् scribenda est. Reliquae vero vocales sequentibus signis supplentur, quorum unum, scilicet *a* breve (f), consonanti litterae, post quam pronuntiandum est, praeponitur, veluti कि (*ki*). Quattuor signa consonantibus postponuntur, scilicet *a*, *i*, *o*, *au*\*, e. c. का *kā*, की *kī*, को *kō*, कौ *kau*. Sex signa consonantibus subscribuntur, scilicet *u*, *ū*, *ru*, *ri*, *lu*, *lū*, uti कु *ku*, कू *kū*, कुरु *kurū*, कुरू *kūrū*. Duo signa supra consonantes ponuntur, scilicet *ē*, et *ai*, e c. के *kē*, कै *kai*. Quae quidem omnia quo facilius possint conspici, initiales atque finales vocales, ex earum ordine, cum *a* consonante conjunctas, adscribimus.

अक आका इकि ईकी उकु ऊकु अक अकू लकू लकू  
*aka ākā, iki ikī, uku ūkū, rikri rikrī, lūklū lūklī,*  
 एके ऐकी औकी औकौ  
*ēkē, aikai, ōkō, aukau.*

3. Sunt consonantes litterae, quae parvam formae subeunt mutationem, si cum quibusdam vocalium signis junguntur. Dentalis *d* littera (द) linguali *t* (ट) similis est, ubi cum *u*, *ū*, *ru*, *ri*, vocalibus componitur, quibuscum scribitur दु *du*, दू *dū*, दुरु *duru* *r* cum *u* scribitur रु *ru*, et cum *ū* दू *dū*. ह cum *u* compositum scribitur हु *hu*, cum *ū* हू *hū*, cum *e* हू *hū* अ littera, ubi vocalibus vel quietis signo (◌) in-  
 struitur, plerumque hanc assumit formam (अ)

\* Dna haec signa, quorum prius ex *u* et *i* a, alterum ex *o* et *i* a conflatum est, scribuntur quoque *i*, *i*



## LITTERARUM NOMEN.

4. Propria sanscritae linguae scriptura देवनागरी (*Dēvanāgarī*) *Deorum scriptura* nominatur. Scribitur tamen etiam Bengalice, Tamulice aliisque litteris. Ad singulas autem nominandas litteras, कार् १०४, *quae facit* significans, cum singularum litterarum sono ab Indis coniungitur, veluti अकार् *a-kāra*, इकार् *i-kāra*. Consonantes semper cum *a* vocali pronunciantur, et syllabae hac vocali formatae कार् *kāra* vocabulum additur; e. c. ककार् *ka-kāra*, गकार् *ga-kāra* (v. r. 2.).

## SINGULARIA QUaedam SIGNA.

5. (ऽ) Hoc signum apostrophī locum tenet, ubi अ in initio vocabuli post ए aut ओ eliditur; e. c. तेऽभवन् (*tē'bhavan*) illi fuerunt, pro अभवन्. *Abhavan*.

ANNOT. Immerito adhibetur hoc signum, ubi (secundum r. 35.) duo convenientes *A*-vocalis soni in unum coalescunt, ita in *Dāt-Māhātmyae*, *Mārkhandīya-Purānae* episodii, editione Calcettensi legitur चकारा ऽसुरसैन्येषु (II, 52.). Quae quidem scriptura eam ob causam falsa est, quia in आ longo, चकारा vocabuli, initialis sequentis vocis vocalis iam est contenta, ideoque ऽ signo non amplius potest suppleri, nisi huius signi potestatem et usum ita extendere volumus, ut tum vocalium elisarum, tum earum, quae cum praecedente vocali coaluerunt, locum teneat, et non solum pro अ, sed pro omnibus aliis in vocum initio vocalibus ponatur. Ergo tamen praetulerim, ऽ signum intra proprium suum in r. 5. explicatum usum coercere, pro omnibus vero vocalibus initialibus, ubi cum praecedente coalescunt vocali, aliud inducere signum, de quo fusius in r. 30<sup>b</sup>. agitur.

6. (्) Hoc signum, quod Indi त्रिराम i. e. *quies* nominant, quietis signum appellare placet. Sub consonantibus ponitur, ut *a* breve (अ) abesse indicet, quod secundum r. 2. in quavis consonante vocalis experte contentum est; e. c. महत् (mahat) *magnus*, sine quietis signo mahata legendum esset.

7 (८, ५) Haec duo signa ८ consonantis locum tenent, prius su per consonante ponitur, ante quam, posterius sub consonante ponitur post quam legendum est, e c कर्मन् (*karman*) factum, व्रत् (kratu) sa crificium Si consonanti, ante quam ५ legendum est, vocalis vel Anus ārae signum, vel ambo imposita sunt, ८ signum eis postponitur, e e सर्वेन्द्रियाणि vel सर्वेन्द्रियाणि (*sarvendriyāni*) omnes sensus, सर्व (*sarvam*) omne Etiam ५ longi (१) signo, ८ postponitur, quanquam ante ipsum pronuntiatur, e c कर्त्री (*kartrī*) effectrix, १ et १ in medio ponunt signum ८, e c सर्वो (*sarvō*) quisque, सर्पो (*sarpau*) duo angues

8 (1) Tanquam separationis signum in versus fine\*), et in ora tione soluta, in periodi fine ponitur In strophae fine utem repe titur (11)

### COMPOSITAE CONSONANTES

9 Quodsi duae vel plures consonantes conveniunt, plerumque inter se conjunguntur, contra regulam 6, secundum quam sub conso nantibus vocali destitutis quietis signum ponendum est Ita scribitur मत्स्य (*matsya*) piscis, consonantibus त्त, स, य conjunctis, pro मत्स्य, quod quidem posterius scribendi genus prorsus inusitatum est In omnibus consonantibus conjungendis duae potissimum discernuntur rationes consonantes conjungendae aut juxta sese aut sub sese po nuntur Prior ubi adhibetur ratio, ultima tantum conjunctarum lit terarum integram recipet formam, litterae autem ipsi praepositae per pendicularem lineam abiciunt, quae plurimis consonantibus ad dex trum latus est, e c e त्त formatur त्त, e न — न, e स — स Hac ra tione मत्स्य vocabuli scribendi genus intelligitur Eae autem conso

\*) vel dist el ५, sec n lam metr cam Indorum rat onem sect n l in quam quavis ver is propter med am ips us caesuran, d stcl on l abet it

nantes, quae perpendiculari lineae non finiuntur, hac, modo dicta ratione cum sequente littera non possunt componi; quapropter aut secundum alteram rationem, qua posterior priori subscribitur litterae, junguntur, veluti ह e ह + त्र, aut duae sese excipientes consonantes parvâ formae mutatione contrahuntur, e. c. ह्य h-ma, ह्य h-ya, e ह + म et ह + य Litterae, quae in perpendicularem lineam desinunt, utraque ratione cum sequente littera possunt componi, ubi tamen posterioris litterae forma et scribendi usus solent decernere, ita e c. च neque च्च scribitur, quia च cum sequente च non apte componi potest, apte vero conjungitur च consonans cum ह ponendo च ante ह (चह) chh.

Duae sunt compositae litterae, usu admodum frequentatae, quae, quoniam conjunctionis partes non possunt discerni, simplicis litterae prae se ferunt speciem, ज dico et ज्ञ, quarum prior ex क et च (k, sch) posterior e ज्ञ et ज्ञ (dsch, n) conflata est.

Jam in tirorum gratiam sequentes compositas litteras adscribimus, quae tamen maximam partem pro singulis ipsarum partibus facile possunt cognosci

क्क, क्क k ha, क्क्क, क्क्क k hha, क्क k tscha, क्क k ta, क्क k t ya, क्क k t ra, क्क k t r ya, क्क k t ra, क्क k na, क्क k n ya, क्क k ma, क्क k ya, क्क k ra, क्क k r ya, क्क k la, क्क k ra, क्क k scha.

क्क kh na क्क kh ya क्क kh ra क्क kh ra

ग्ग g ga, ग्ग (ग्न) g na, ग्ग g ra

ग्ग gh na, ग्ग gh n ya, ग्ग gh ya, ग्ग gh ra, ग्ग gh ra

ङ्ग ng-ha, ङ्ग ng k scha ङ्ग ng ga, ङ्ग ng-gha, ङ्ग

त्स tsch tscha, त्स त्स tschha, त्स tsch na

त्स tsch ma त्स tsch ya, त्स tsch ra

झ *dsch dscha*, झ (ञ्ज) *dsch na*, झ *dsch ra*

ञ *n tscha*, झ *n dscha* उह् *n tschha*

ट् *t ta*, ल *t-ma*, ल् *t-ya*, ट् *t ra* ट् *t va*

ल *th ma*, ल् *th ya*, ट् *th ra*, ट् *th va*

ड् *d ga* ड् *d da*, ड् *d ma* ड् *d ya*, ड् *d ra*, ड् *d va*

ल *dh ma*, ल् *dh ya*, ड् *dh ra*, ड् *dh va*

ण *n ta*, ण *n na*

त् *t ta* त् *t tra*, त् *t va*, त् *t tha* त् *t na* त् *t ra* त् *t va*

थ् *th na*, थ् *th ya*

द् *d ga* द् *d ga* द् *d gra* द् *d gha* द् *d ghra* द् *d da*

द् *d da* द् *d va* द् (द) *d dha*, द् *d dh na* द् *d dh ya*, द् *d na*

द *d ba* द् *d ba* द् (द) *d bhu* द् *d bh ya* द् *d bh ra* द् *d mu*

द *d ya*, द् (द) *d ra*, द् *d ya* द् *d va*, द् *d ya*, द् *d va*

ध *dh na* ध *dh ya* ध *dh ra* ध *dh va*

न् *n ta* ल् *n ta*, न् *n na*, न् *n ya*

प् *p ta*, प् *p na*, प् *p ma* प् *p ra* प् *p va* प् *p va*

ब् *b da* ब् *b va*

भ *bh ya*, भ *bh va*

म *m na* न् *m ya*, म *m va* ल् *m va*

य् *y ya* यु *y va*

र् *r ta*, र् *r ya* (१, 7)

ल *l na*, ल् *l ya*, ल् *l va*

व्य *v-ya*, व्र *v-ra*.

अ *s-tscha*, स *s-na*, श्य *s-ya*, श्र *s-ra*, झ (झल) *s-la*, श्य *s-va*.

ट *sch ta*, थ *sch-t-ya*, ट्र *sch-t-ra*, ट्व *sch-t-va*, थ *sch-tha*,

थ *sch-th-ya*, ट्व *sch-th-ou*, ल *sch-na*, थ *sch-ya*, थ *sch-va*.

स्त *s-ta*, स्त्र *s-t-ra*, स्न *s-na*, स्श *s-ra*, स्ल *s-la*.

ह *h-na*, ह्र *h-na*, ह्य *h-ma*, ह्य *h-ya*, ह्र *h-ra*, ह्ल *h-la*, ह्व *h-va*,

ह्य *h-v-ya*.

## SINGULARIA PRONUNCIATIONIS PRAECEPTA.

### VOCALES.

10. अ non modo *a* brevis sonum indicat, sed etiam *e* et *o*, brevium vocalium. Cum vero sanscrita lingua jam dudum emortua est, vix ullus unquam pro certo poterit definire, haec brevis vocalis, ubi *a*, ubi *e*, ubi denique *o* sono fuerit pronunciata. Grammatici autem statuunt, hanc vocalem in vocabuli initio *a*, in medio *o*, et in fine *e* sonum reddere. Tanquam negativa particula vero, et ante duas consonantes litteras, अ vocalis ad *a* longae (आ) sonum admodum accedere dicitur.

11. अ, इ, ई, उ, ऊ. Hae vocales semper uti in *r. 1.* indicatum est pronunciantur.

12. इ, इ. Prius signum *r* consonantis cum *i* brevi conjunctae sonum reddit; ita tamen ut *i* vocalis vix audiatur, veluti in anglico vocabulo *merrily*. Qua de re apparet, cur इ littera a Grammaticis indicis vocalis sit habita, atque ab *r* consonante, quae cum brevi *i* conjungitur (रि) accurate distincta. Quae vero huic respondet इ longa vocalis, uti *ree* in anglico vocabulo *reed*, i. e. uti *r* consonans cum *i* longo conjuncta, e CARENT sententia legenda est; itaque अ र consonante,

quam ॠ sequitur, non potest discerni Multo autem rarius invenitur quam ॠ vocalis

13 ल, लृ vocales uti *lu* et *lit* pronuciari dicuntur, ideoque प्रल littera, cum ॠ et ॡ vocalibus conjuncta apte possunt haberi, id quod et ipsa earum forma dilucide demonstrat लृ in rarissimo tantum vocabulo कृत (factus) invenitur, a radice कृप्, quae in plurimis derivatis formis transit in कल्प, atque in participio etiam modo dicto saepius कल्पित format quam कृत

14 ए, ऐ, औ, औ ए uti *e* longum, aut ex WILKINSON sententia, uti *e* in Anglica voce *where* pronuciatur Diphthongus habetur, quia ex अ et इ coalitum putatur, quae quidem ambae vocales, perinde atque ipsarum longae, ubi conveniunt, in ए transeunt Memineris autem francogallici pronuciationis ऐ uti *ai* in germanico vocabulo *Kaiser* profertur औ semper *o* longi sonum reddit, et diphthongus habetur, quia ex अ cum उ conflatum putatur, quae quidem ambae vocales, aequae atque ipsarum longae, ubi conveniunt, semper in औ transeunt Memineris autem francogallici pronuciationis औ uti *au* in germanicis vocibus *Raum*, *Baum* alisque vel uti Anglorum *ow* in *brown* profertur

#### ANUSVARA

15\* Anusvara (अनस्वारम् \*) signum, supra litteram, post quam pronuciandum est, ponitur, uti अ *am*, क *kam* Necessaria autem et vicaria Anusvara potest statu Prior vim quandam propriam propriamque habet pronuciationem, quae a reliquarum quinque nasalum (उ, ङ, ञ, न, म) sono diversa atque aliena est In medio vocis ante sibilantes et ह litteram ponitur, e e दशित, दश, हस, सित, et ante has litteras ॠ nulla quinque nasalum potest suppleri In voca

\*) Hoc vocabulum, ex अनु *post* et स्वार *sonus* compositum, sonum sequentem signum fiat

buli sine inquam euphonica न् litterae mutatio item ante sibilantes et ञ litteram, et praeterea ante य, र, ल semivocales, et pro arbitrio etiam ante व् (cf r 69 et 70) ponitur. Quod ad necessariae *Anusārae* pronuntiationem attinet, similis videtur fuisse, obscuri, n̄ribusque prolati n̄ sono, uti Francogallorum n̄ in syllabae fine, quem ipsum sonum in peregrinis linguis न्ग litteris indicare consuevimus. Similiter in arabica lingua n̄ ante quasdam litteras sonat, quae omnes comprehendunt sibilantes (ب, ت, ر, س, ش, ص, ض), cf de SACY *Gram arabae* tom I pag 23 \*) In obscuro autem *Anusārae* sono rationem video, cur nulla propria littera sed quoddam signo tantum indicetur, quod supra vocales vel consonantes ponitur litteris, quibus न् inhaeret

ANNOT Vituperanda est Grammaticorum inconstantia, qui radices, veluti दम्, मम्, शम्, स्रम्, इद् aliasque, neglecta lege modo praescripta, cum dentali n̄ (न) littera scribunt, quanquam in derivatis harum radicum formis semper *Anusārae* s̄gnum adhibent. Quae quidem in re WILSONIUS magis s̄bi constat, qui in radicibus etiam *Anusāram* adhibet, WILKINSONIUS in ali s̄ ponit, in ali is negligit

16 Vicaria *Anusāra* nullam propriam atque a reliquis quinque nasalibus (ङ, ञ, ण, न, म) diversam habet pronuntiationem, sed semper ejus litterae sonum reddit, ejus loco, scripturae compendii causa, adhibita est. In fine vocabuli item, hoc signum pro न् tantum littera euphonicaeque ejus mutationibus potest poni, ita, ut ङ, ञ, ण vel न litterarum vice ibi tantum fungatur, ubi hae ipsae, euphoniae causa ex न् primitivo sunt formatae. Ita e c pro तम् hunc, eum, illum, scribi potest त, quae ipsa scriptura, mutata pronuntiatione, us in locis etiam retineri licita est, in quibus तम् secundum sequentis lit

\*) Quae quidem sententia bengalicae linguae pronuntiatione vehementer confirmatur, ut quovis loco *Anusāra* ङ sonum reddit, et, quod HAUGHTON docet, perfort s̄ nasaliter est. Vid Gram beng pag 7

terae organum in तड़, तत्र, तण् vel तन् debet transformari, e. c. तं करम् *hanc manum* pro तड़ करम् scribi potest, तं चन्द्रम् pro तन् चन्द्रम् *hanc lunam*, त उमरम् pro तण् उमरम् *hunc tumultum*, त दन्तम् pro तन् दन्तम् *hunc dentem*. Nunquam vero in vocabuli fine *Anusāra* न् primitivi loco ponitur\*), neque, ut exemplo utar, अमव् pro अमवन् (*abhavan*) fuerunt scribi potest, quanquam अमव तत्र pro अमवन् तत्र *fiu illic*, quod vocabulorum अमवम् तत्र euphonica mutatio est (vid. r. 68.), recte scribitur. Vicariae igitur *Anusārae* in fine vocabuli usus — quanquam necessariae theoriam atque naturam obscurat — ad ambiguitatem evitandam inservit, qua न् litterae in न् mutatione Accusativus fem. sing. speciem Accusativi masc. plur., et prima pers. sing. Augmentati Praeteriti speciem tertiae pers. plur. ejusdem temporis assumunt\*\*)

In medio vocabuli *Anusāra* pro quavis nasali littera potest scribi, veluti अग pro अड़, पंच pro पञ्च, दड pro दण्ड, दंत pro दन्त, स्थभ pro स्थम्. Quoniam autem in his exemplis *Anusārae* usus nulli ambiguitati evitandae inservit, et insuper sine necessitate necessariae *Anusārae* naturam obscurat, in medio vocabuli *Anusārae* usus us finibus circumscribendus est, ut nunquam ponatur, nisi ubi secundum r. 15. necessaria atque propria est\*\*\*).

\*) इ, ज्, et ण्, nisi euphonice pro न् primitivo positae, fere nunquam in vocabuli fine inveniuntur

\*\*) Ut exemplis haec illustrem तात् दर्शनं significat *cori vidit*, si तात् secundum r. 65 pro ताम् ponitur, et *cori vidit*, si त् littera तान् vocabuli, non न् loco, sed pro se ipsa posita est. Sed तां दर्शनं scriptura primo oblitutu pro Accusativo fem. sing. cognoscitur, et quod ad pronuntiationem attinet, तां ante दर्शनं item atque तात् sonat.

\*\*\*) In Calcuttensibus etiam editionibus, quae ab indigenis sunt curatae, *Anusārae* signum cum in medio tum in fine vocum, in us tantum locis invenitur, in quibus regula 15 praescriptum est, propriamque habet pronuntiationem



17 Altera Anusvāra forma haec est  $\text{ॐ}$ , quae adhibetur, si secundum  $r$  66 et 70 न् vel म् finale, sequenti य्, ल्, vel व् semivocali assimilatur, ubi Anusvāra non pronuntiatur sed nasalem finalis semivocalis originem indicat, veluti पक्षात् लुनाति (*pakschāl lunāti*) pro पक्षान् लुनाति *alas rosecat* ( $r$  66) कय् यवानम् (*kaḥ yuānam*) quem juvenem<sup>2</sup> pro काम् यवानम्. Signum  $\text{ॐ}$  etiam eo loco adhibetur, quo secundum  $r$  65 vocabulum in न् litteram finiens cum sequente voce, sibilante littera inserta, contrahitur, ubi nasalis secundum  $r$  15 Anusvāra exprimenda est, at tamen hoc loco ( ) signum usitatus est, quam  $\text{ॐ}$  e c आसस्तत्र vel आसस्तत्र (*āsangstatra*) fuerunt illic pro आसन्तत्र

## VISARGA

18 Visarga ( ) leniorem ac ह littera exprimit aspirationem, ceterisque legibus tanquam euphonica स et र litterarum (nunquam ह litterae) mutatio, sed in syllabae tantum fine ponitur, e c यश pro यशस् gloria, दुःख pro दुर्ख dolor. Non vero ulla radicalis syllaba vel vocum flexio primitive in Visargam exit. Altera Visargae forma  $\text{ः}$  est, quae proprie ante क् et छ litteras poni, et linguae radice proferrī jubetur, ( ) signum vero ante ट्, ठ् consonantes et ante pausam adhiberi, palatoque pronuciari praecipitur. At tamen ( ) forma tantum usu recepta est, et  $\text{ः}$  signum in codicibus manuscriptis raro invenitur.

## CONSONANTES

19 क, ग, च, ङ, त, द, प, ब. Hae litterae semper pronuntiantur, uti  $r$  1 praescriptum est च Anglorum ch, et न् corundem  $\text{ॐ}$  litterae respondet. Quae quidem ambae litterae, perinde atque respondententes ipsis aspiratae, nisi ex euphonica त्, थ्, द्, ध litterarum mutatione ortae sunt (vid  $r$  61), in fine vocabuli adhiberi non possunt.

20 ढ, ड Hæ consonantes singulare quoddam *t* et *d* litterarum genus, Indorum organi proprium significant. Pronunciatur autem lingue mucrone intus valde recurvato ad palatumque posito, quo fuscus sonus, veluti e cripite profertur, hanc ob causam indici Grammatici hunc ordinem मूर्धन्य (*mūrdhanya*) nominant, a मूर्धन्य *caput* HALHEB, quem WILKINS victorem secutus est, *Cerebrals* nomen induit, ego tamen cum CAREY et YATES hunc ordinem lingualem nominare præfero.

21 य, र, ल, व य semper uti Germanorum *y* et Anglorum *y* in voce *year* pronunciatur et palatino ordini annumeratur ल dentali ordini adscribitur, semperque uti *l* pronunciatur व pro dentali labiali littera habetur, ita, ut neque ad dentalem neque ad labialem ordinem prorsus pertineat. Labialis tamen ordo magis sibi vindicare videtur hanc litteram, propter propinquam ejus cum व littera cognationem. Profertur autem uti Germanorum *w* et Gallorum *r*, post consonantem vero veluti in voce त्वम् *tu*, Anglorum *w* litterae, magis ad *u* vocalem recedenti similior est.

22 श, ष, स, ह, ऋ श ut *s* leniter aspirata legitur, palatinoque ordini annumeratur, ष uti Germanorum *sch* et Anglorum *sh* profertur, idemque ad lingualem ordinem pertinet, स ad dentalem ordinem pertinet atque vulgaris *s* sonum reddit ह semper uti *h* pronunciatur et gutturali ordini annumeratur. In vocabuli fine nunquam ponitur (vid. r 81) ऋ in *Vedis* tantum invenitur, atque *hr* litterarum sonum dicitur reddere.

#### ASPIRATAE LITTERAE.

23 Quævis aspirata accurate sicut ipsius tenuis, adjecto clare distincto *h* sono, pronunciatur. Itaque *e* c व littera non uti Germanorum *ch*, ष non uti *f*, neque श uti Anglorum *th* pronuncianda est, sed

ex COLERNOOKII sententia, ए uti *lh* in *ukhorn* vocabulo, ए uti *ph* in *haphazard*, et ए uti *th* in *nut-hook* voce leguntur. Eadem lex in reliquis aspiratis observanda est.

#### NASALLS LITTERAE.

24. In omnibus linguis *n* litterae pronuntiatio ex organo sequentis consonantis definitur. In germanica lingua *n* litteram in *Eng*e vocabulo aliter atque in *Ende* voce proferimus. Sanscrita lingua procuratis *n* litterae discriminibus peculiare adhibet litteras. — ण in medio vocis ante Gutturales (क, ख, ग, घ) tantum ponitur, et uti *ng* pronunciarum dicitur. Equidem tamen non crediderim, e. c. अङ्ग accurate *ang-ga* legendum esse, sed verisimiliter hic ण litterae pronuntiatio ad न sequens tantum adaptatur; uti nos in germanico *Eng*e vocabulo, non duplex *g* proferimus, sed *n* sonum *g* sequenti aptum reddimus. Nullo autem modo, ut equidem opinor, अङ्ग vocabulum, uti *ang-la* pronunciarum potest, quoniam in sanscrita lingua *g* littera nunquam ante *k* consonantem profertur, sed in eam ipsam transit. Statuendum igitur est, अङ्ग uti *ank-la* pronunciarum, aut concedendum, gutturalem litteram, quae per ङ indicatur, tam incertam esse, ut tanquam inter *k* et *g* litteras teneat medium. In vocis fine ङ, nisi tanquam euphonica न् litterae mutatio, raro tantum invenitur, et forsitan solum in paucis Nominativis et Vocativis, qui प्राङ्, अथाङ् aliorumque similium vocabulorum sequuntur analogiam (vid. r. 197-201.). Verisimiliter ङ finale his in vocabulis uti Anglorum *ng*, v. c. in *song* pronunciarum est, ubi *g* vix auditur. In vocabuli initio ङ nunquam invenitur. Grammatici tamen ङ radicem referunt, quam *sonare* dicunt significare, ab eademque ङ substantivum ducunt, quod praeter alia *Sivae* Dei nomen est (vid. annot. ad r. 25.). Vix autem fieri potest, ut in hoc vocabulo ङ uti *ng* pronuncietur. Quia vix ullum vocabulum a *ng* potest incipi.

25 ज् in medio vocabulorum ante palatinis tantummodo litteras ponitur. Etiam sicut *ng*, lennis tamen quam ड् littera, pronunciari dicitur, ita ut *g* minus audiatur. Et dure sane sonaret, si ज् e c in पञ्च *quunque* vocabulo, cum *g* clare distincto uti *paŋgtscha* pronunciaretur. Latinis ergo litteris *pantscha* quam *paŋgtscha* scribere maluerim. Post च et ङ् litteras, ubi plerumque euphonica न् nasalis mutatio est, uti *ny* (germanice *ny*) aut uti Francogallorum *gn* in *campagne* voce pronunciatur, e c राज्ञा *râdschnyâ*, contractum ex राज्ञाना ञ् राज्ञान् rex. In vocis fine ज् littera fere solum tanquam euphonica ङ् litterae mutatio invenitur, si quidem sequens vocabulum a palatina littera incipit. In vocis initio, in unico tantum perraro ज् vocabulo invenitur.

ANNOT ड्, ज्, ण् vocabula nullam aliam habere videntur originem, quam ut consonantibus, quae primitivas eorum partes constituunt, certae quaedam s g o f actiones fuerint tributae. Nam ड् et ण् praeter alia *Svam* Deum s gn fiant. Paucae aitem in sinescritis scripturae litterae reperiuntur, quae non, अ् vocali addita, *Sae* vel *al as e* *isup am Dei nomen en ne ent*. Ita etiam *Swa* च ङ् छ्, ड् etc nominati, atque क् littera nomen *Braf mae* et *Fisch* ius est.

26 ञ् littera eadem ratione ac aliae lingualis ordinis litterae pronunciatur (vid. r 20), et in medio vocis tum ante linguales consonantes tum saepe ante vocales ponitur e c ञ्ण *turba*. In vocabuli sine maximum partem euphonica न् litterae mutatio est, et in vocis initio in unico tantum ञ् vocabulo reperitur (vid. annot. ad r 25), quod plures habet significationes, usu vero admodum rarum est. Attamen Indici Grammatici multas radices, quae proprie a न् littera incipiunt, linguali न् scribunt, quod ante flexiones in न् transire dicunt. Ita e c ञ्द्वि radix statuitur, *sonare* significans, cuius tertia Praes. persona नद्वि neque ञद्वि scribitur (cf. r 110).

27 न् vulgaris n consonans et usu admodum frequens est, tum in initio, tum in medio atque fine vocabulorum.

28 म, quae nostra *m* littera est, item saepissime in initio, medio atque fine vocabulorum invenitur, in fine tamen euphonicae mutationi in quattuor reliquis nasales et *Anusvāram* necessariam est subjecta

29 Quoniam in litterarum ordine in *r* 1 exhibito semivocales et sibilantes cum ह littera peculiares constituunt classes, a re haud alienum esse videtur, hoc loco has litteras secundum organum, quo proferuntur, praecedentibus quinque ordinibus adjungere, qui in flexionum doctrina maximi momenti est, ut diligenter atque accurate attendas, ad quod organum quaelibet littera pertineat

Gutturales	क	ख	ग	घ	ङ	च
Palatinae	च	छ	ज	झ	ञ	ष
Linguales	ट	ठ	ड	ढ	ण	र
Dentales	त	थ	द	ध	न	ल
						स
						व
Labiales	प	फ	ब	भ	म	

#### DE ACCENTIBUS

30 Vocum syllabi, quae cum accentu efferenda est, in sancta lingua nullo signo indicatur, atque fieri non potest, ut in hac emortua lingua accurate definiatur, in quo vocabuli polysyllabi loco tonus sit ponendus, neque, quod mihi satisfaciat, quidquam de hac re inveni disputatum. Quae COLEBROOKIUS pag 9 sq Grammaticae suae de accentibus dicit, ad *Vidos* tantummodo referuntur, in quibus, singularibus quibusdam signis, vocis altitudo et gravitas, quibus vocales pronunciantur vel canuntur, indicatae sunt. Perpendicularis lineola, quam super vocali ponunt, altum, horizontalis, quae infra ponitur, gravem significat tonum. Curva lineola, vel उ super vocali positum, tonum indicant, qui ex alto incipiens exit in gravem

sonum Piuorem toni significationem COLEBROOKITS acutum, alteram gravem, postremam circumflexum nominat, ita tamen ut addit, vocalum tonum vulgo in oratione regularem (स्वच्छति) esse. Numerus 3 vocali additus, vel tres lineolae horizontales infra posite, tonum diutius quam alias retinendum esse significant. Tum, breves vocales tum longae et diphthongi ita possunt produci, et vocalis eo modo producta tres aequat breves vocales. Sed omnia ista signa in *Védīs* tantummodo reperiuntur.

## SCRIPTURAE SPECIMEN

30<sup>b</sup>) In codicibus manuscriptis nonnullisque typographicis libris, nulla invenitur vocum separatio, sed syllabae tantum primo in tervallo, in codicibus manuscriptis, separantur. Quaevis autem syllaba ex indicatorum grammaticorum sententia in vocalem desinit litteram, cui peculiaris sonus nasalis tantum, quem *Anusvara* exprimit, vel levis *Visarga* signo indicata aspiratio addi potest (vid. annot. ad r. 1.) Quaevis alia consonans, tam in medio quam in fine vocis, ad sequentem trahitur syllabam, et quae in versus vel sententiae fine locum habet consonans, *mutam syllabam constituere dicitur*. Ita, ut exemplo utar, voces अमवत् fut et पुत्र filius, in अमवत् पुत्र potius quam in अमवत् पुत्र, secundum Indorum litterarum in syllabam cogendarum modum, redigi possent, quanquam तु syllaba, sine praecedente vocali vix efferi potest. Ex eadem ratione, ubi अमवत् fut, vocem अत्र ibi praecedat, अमवद् अत्र potius quam अमवद् अत्र scribendum esset, quia द् consonans cum sequente अ in unam syllabam redigitur. Indi tamen in ambobus exemplis nullam separandam vocum habent rationem atque in universum, sine ullo vocum respectu, syllabas tractant, quasi per se ipsas exprimerent sensum. Duo priores

igitur sequentis speciminis versus, si indigenarum imitatur consuetudinem, sic scribendi essent:

वि न्तो शा ते गृ. छ म ए ध नु र्ध र्दे र ना य व्य इ र्म फ त्त्रा ति घो र म् ।

ए ते वी राः प त यो मे स मे ता न वः श्रे षः क चि दि ए म्नि य रे ॥

*hi nte dschnyá tai rmi dha ma há dha nu rtha rai ra ná ju schya  
ngka rma kri tvá ti ghó ra m  
é té vt ráh pa ta jó mé sa mé tá na vah sé schali ka stschí di há sti  
ju ddhē.*

Ejusmodi autem scribendi ratio, quod ad externam attinet speciem, perfectam sanscritam linguam Sinorum linguae valde similem reddit, cujus vocabula cuncta aut monosyllaba sunt, aut a consonante simplici vel composita incipiunt, quam una vel plures sequuntur vocales, quibus sonus nasalis tantum adjungi potest. Perfecta autem sanscrita lingua ad alium provocat scribendi modum, quo singula elementa, quae a linguae ingenio, ad certam exprimendam notionem, in unum corpus redacta sunt, non mentis solum perspicacitati sed oculis quoque, primo adpectu, tanquam individuum orationis membrum se offerant. In plurimis quidem rebus, qui grammaticae leges bene intelligit et verborum copiam habet, syllabas, quae ad eandem pertinent vocem, facile cognoscit, ita ut e. c. in Nalo carmine syllabas आसीद्वादा statim in आसीद् वादा vocabula redigat, atque गृणीदिष्टे syllabas in गृणीद् इष्टे voces dissolvat. Nunquam tamen in facilioribus quoque libris syllabae inveniuntur, quae diversum in modum conjunctae diversas constituunt voces, ubi scriptorum editor, eam quam optimam putat syllabarum conjunctionem, lectori proponere debet. In artificiosis carminibus recentioris, ad quod Calidasa pertinet, aevi, hujus generis difficultates sunt frequentissimae, quam ob rem, ne ad iterum iterumque legendum cogamur, quod, vocabulis

*Litterarum scriptura atque pronuntiatio.*

separatis, primo adspectu intelligeremus, in typographicis libris acuratisissima syllabarum in voces distributio magnopere est desideranda. Jam primi quoque inter Anglos sanscritae linguae cultores hanc necessitatem senserunt, impedimentum autem in vi euphonica viderunt, quam concurrentium vocabulorum finales et initiales litterae inter sese exercent. Idcirco ibi tantum vocum separationem licitam habuerunt, ubi dua, quae concurrunt, vocabula nullam euphonicam inter se habent relationem. Talis autem disjunctionis lex, si stricte ei adhaerere volumus, ibi tantum disjungere permetteret, ubi finalem litteram vocalem initialis sequitur consonans, ita ut, in scripturae specimen nostro, primus versus sic scribendus esset:

किन्ते शक्तिर्वि महाधनुर्धरिनायप्यद्रम कृत्वातिघोरम्

Haec vero scribendi ratio faciliorem vocum conspectum et textus intelligentiam parum adjuvat et vix integrae verborum conjunctioni potest praeferri, quia paucarum modo vocum, quarum initium absconditur, finem ostendit. Ubi finalem consonantem surdam alia sequitur ejusdem generis littera, veluti in supra dicto exemplo अमवत् पुत्रः, fere omnes, qui hucusque libros sanscritos ediderunt, disjungere solent; re vera autem hic quoque inter अमवत् et पुत्रः euphonica est ratio, qua त् finale, quod ante sonoram litteram in द् transiret, propter sequentem sibi consentaneam surdam litteram, nullam subit mutationem. Insuper अमवत् पुत्रः similesque disjunctiones ideo quoque, magis quam ulla alia vocum separatio, Indorum violat scribendi morem, quia Indi, ut supra diximus, finalem litteram त् cum sequente पु in unam et eandem syllabam redigunt. Deserenda est igitur, quae nunc inter philologos recepta est disjunctionis ratio, quam in Nali et Ardchuni editionibus secutus sum; atque aut redeundum est ad accuratam manuscriptorum imitationem, aut, si



130. Quae in aliam vocalem quam अ desinunt voces, pronomibus exceptis, tanquam communem Ablativi et Genitivi characterem unam terminationum अस्, आस् et स् habent; अस् et स् terminationes tribus generibus sunt communes, आस् Femininorum propria est. a) Omnes, quae in consonantem quampiam vel in unam diphthongorum ऐ et औ desinunt voces trium generum, अस् terminationem assumunt; e. c. महत्स्, युधस्, नावस्, रायस् a महत् *m.n.*, युध *f.*, नौ *f.*, रै *m.* b) Masculina vocalibus इ et उ terminata et voces utriusque generis in औ desinentes, solam litteram स् adjungunt, ante quam इ et उ *Gunam* accipiunt. Feminina in इ et उ aut Masculinorum sequuntur analogiam, adjungendo स् cum *Guna*, aut ante femininam graviorem terminationem आस् *Gunae* incrementum repudiant. E. c. गिरिस्, भानोस् a गिरि *m.*, भानु *m.*; गोस् a गो *m.f.*; मतेस् vel गत्यास्, धेनीस् vel धेन्वास् a मति *f.*, धेनु *f.* c) Quae in longam simplicem vocalem desinunt Feminina, आस् terminationem adjungunt, ante quam आ in ऐ transit diphthongum, quae ex euphoniae lege 55. in आय् dissolvitur; tamen monosyllaba in ई et ऊ ad arbitrium आस् vel अस् terminationem assumunt; e. c. नद्यास्, वध्वास् a नदी, वधु; आश्यास् (ex आशी + आस्) ab आशा; भियास् vel भियस्, भुवास् vel भवस् a भौ, भू (v. r. 51.). d) Masculina et Feminina in इ desinentia formant उस् (vid. r. 179.) e. c. पितृस्, मातृस् a पितृ, मातृ. e) Neutra, vocalibus इ, उ et ऋ finita, अस् terminationem assumunt, atque न्

euphonicum inserunt; e. c. मधुनच्, वारिणच्, वड्डडहित्णाम् (v. r. 94<sup>o</sup>.)  
 a<sup>o</sup> मधु n., वारि n., वड्डडहित् n.

## LOCATIVUS.

× 131. Locativus इ vel आम् habet characterem; prius tribus generibus est commune, postea proprium est Femininorum, atque iis adjicitur, quae in longam simplicem desinunt vocalem; ita tamen ut monosyllaba in ई et ऊ desinentia ad arbitrium इ vel आम् sibi adjungere possint. अ cum characterem इ coalescit in ए; इ Guani accipit, atque आ vocalis ante femininam flexionem आम् transit in ऐ, quod dissolvitur in आय् (v. r. 55.); e. c. मलति, यधि a मलत् m. n., यध् f.; गति, नाति a गो m. f., नौ f.; गति (e गद् + इ) a गद् m., पत्रे a पत्र n.; पितरि, मातरि a पित् m., मात् f.; नद्याम्, वध्वाम् a नदी f., वध् f.; आशायाम् (ex आशे + आम्) ab आश f.; भियि vel भियाम्, भुवि vel भुवाम् a भौ f., भू f. (v. r. 51.).

132. Masculina in इ et उ desinentia characterem इ non admittunt, sed has vocales immutant in औ; Feminina in इ et उ ad arbitrium eandem sequuntur analogiam, aut femininam terminationem आम् assumunt. E. c. गिती, भनी a गिरि m., भान् m.; मती vel मत्याम्, धेनी vel धेन्वाम् a मति f., धेन् f.

ANNOT. Terminatio औ primitive vocum in उ desinentium propria fuisse atque ab iis ad voces in इ transiisse videtur, nam औ *fridius* est vocalis उ, sed nullam cum इ habet affinitatem.

133. Neutra in इ, उ vel ऋ desinentia, euphonicum न् inserunt inter thema et characterem इ, e. c. वारिणि (r. 94<sup>o</sup>.), मधुनि a वारि, मधु-

## VOCATIVUS. उपने ३. १०. ११. १२. १३.

134. Vocativus nullum habet proprium characterem, sed aut idem est ac thema, aut idem ac Nominativus, aut thematis vocalem

ita immutat, ut breves *Gunae* incremento augeantur, longaeque corripantur. a) इ, उ et ऋ vocales Masculinorum et Femininorum *Gunam* accipiunt, e. c. गिरे, मते, भानो, धेनो, पितरु, मातरु, a गिरि *m.*, मति *f.*, भानु *m.*, धेनु *f.*, पित *m.*, मात *f.* b) Neutra ad arbitrium eandem sequuntur analogiam aut primitivam vocalem sine incremento retinent; e. c. वारि vel वारि, मथो vel मथु, धातरु vel धातु, a वारि etc. c) ऋ vocalis, quia *Gunam* non habet, nullam mutationem subit, e. c. गद्ग *m.* पत्र *n.* d) Polysyllaba Feminina in ई et ऊ desinentia has vocales corripunt, e. c. नदि, वधु a नदी, वधु. e) Femininorum आ finale propriam sequitur legem, transeundo in ए; e. c. आशि ab आशा.

135. Quae in consonantem desinunt voces trium generum euphoniae tantum subjectae sunt legibus; e. c. यत्, वाक् (ante sonoras यद्, वाग्), राजन्, a यद् *f.*, वाक् *f.* (v. r. 56. et 59.), राजन् *m.*

136. Nominativi characterem सू ad Vocativum extendunt atque in hoc casu a Nominativo non differunt: a) rarissima Masculina in longas vocales आ, ई et ऊ desinentia, e. c. सोमपास् a सोमपा; b) voces diphthongis ऐ, औ et औ terminatae, quae paucae sunt numero; e. c. गोस्, नौस् a गो *m. f.*, नौ *f.* c) Feminina monosyllaba in ई et ऊ desinentia, e. c. भौस्, भूस् a भौ, भू.

### DUALIS.

#### NOMINATIVUS, ACCUSATIVUS ET VOCATIVUS.

\* 137. Hi tres casus in Duali communem habent terminationem. a) Masculina et Feminina (us exceptis, quae r. 138. et 139. describuntur) औ characterem assumunt, ante quem इ in अरु transit, reliquae vocales generales sequuntur euphoniae leges; e. c. गद्गी, नद्गी, वध्वौ a गद्ग *m.*, नदी *f.*, वधु *f.*; भियौ, भूवौ a भौ *f.*, भू *f.* (v. r. 51.); पितौ, मातौ a पित *m.*, मात *f.*; यधौ, वाचौ a यद् *f.*, वाक् *f.* b) Neutra ई terminationem adjungunt, cum qua अ coalescit in ए; inter

reliquas vocales et terminationem ई inseritur न् euphonicum; e. c. महती a महत्; पत्रे a पत्र, वारिणी (v. r. 94<sup>o</sup>), मधुनो, a वारि, मधु.

138. Masculina et Feminina in इ et उ desinentia, nullum adjungunt characterem, sed breves has vocales tantum producant, e. c. गिरी, मती, भान्, धेन् a गिरि *m*, मति *f*, भान् *m*, धेन् *f*.

139. Feminina in आ desinentia Neutorum sequuntur analogiam, addenda terminatione ई, quae cum antecedente आ in ए coalescit, e. c. आशे ab आशा

#### INSTRUMENTALIS, DATIVUS ET ABLATIVUS

140. Tribus his casibus, in tribus generibus, communis est terminatio भ्याम्, ante quam अ producitur et ए transit in आ, reliquae vocales nullam subeunt mutationem. E. c. युद्ध्याम्, महद्ध्याम् a युध् *f*, महत् *m. n.* (v. r. 83. b), वाग्भ्याम् a वाच् *f*. (v. r. 86.), राज्ञ्याम् a राजन् *m.* (v. r. 92.), तैडोभ्याम् a तैडास् *n.* (v. r. 100. c.), गिरिभ्याम्, भान्भ्याम्, नदीभ्याम् a गिरि *m*, भान् *m*, नदी *f*, गडाभ्याम्, पत्राभ्याम् a गडा *m*, पत्र *n*, रभ्याम् a रै *m*.

#### GENITIVUS ET LOCATIVUS

141. Duo hi casus in tribus generibus communem habent terminationem ओस्, ante quam अ et आ in ए transeunt diphthongum, quae ex euphoniae lege 55. in अय् dissolvitur Neutra in इ, उ et ऋ desinentia euphonicum न् inserunt, Neutra in अ desinentia a Masculinis non differunt. E. c. गृयोस्, पद्मयोस् a गृय् *f*, महत् *m. n.*; गिर्योस्, नद्योस्, धेन्व्योस् a गिरि *m*, नदी *f*, धेन् *f*, गडयोस्, पत्रयोस्, आशयोस् a गडा *m*, पत्र *n*, आशा *f*, वारिणीस्, वज्रडहितणीस् (v. r. 94<sup>o</sup>), मधुनोस् a वारि *n*, वज्रडहित *n*, मधु *n*.

## PLURALIS.

## NOMINATIVUS.

X 142. Masculina et Feminina अस् habent characteristicam terminationem, quacum अ et आ vocales coalescunt in आ; इ, उ et ऋ *Gunam* accipiunt. E. c. युधस्, ददत्स् a युध् *f.*, ददत् *m.*; गडास्, आशास् a गडा *m.*, आशा *f.*; गिर्यस् (e गिरे + अस्), धेनवस् (e धेनो + अस्), पितरस् a गिरि *m.*, धेनु *f.*, पितृ *m.*; नद्यस्, भुवस् (v. r. 51.), नावस् a नदी *f.*, भू *f.*, नौ *f.*

X 143. Neutorum Nominativi pl. character est इ. a) Breves vocales producuntur, atque न् euphonicum inter thema et flexionem inseritur; e. c. पत्राणि, अक्षीणि (v. r. 94<sup>o</sup>), मधूनि a पत्र, अक्षि, मध्. b) Neutra, quae in quampiam, praeter nasales et semivocales, consonantem desinunt, huic consonanti nasalem anteponunt litteram, quae ad organum ejus se accomodat e. c. पक्षि, द्विन्ति, लम्भि a पच्, द्वित्, लम्. c) Neutra, quae in suffixum litteris न् vel स् terminatum desinunt, penultimam brevem vocalem producunt; e. c. धनीनि a धनिन्, तैद्राणि a तैद्रस् (v. r. 15.); धरूणि a धनुस् (v. r. 101<sup>o</sup>).

144. In rarissimis Neutris, quae in duas desinunt consonantes, inserenda nasalis ad priorem consonantem, cui praepositur, se accomodat; e. c. पिपक्षि a पिपन्. Neutra, quae इ vel ल् litteram tanquam penultimam consonantem habent, e grammaticorum sententia, ad arbitrium aut न् nasalem inserunt aut omittunt; et formae desiderativae in र्व् et र्व् desinentes, si nasalem inserunt, penultimam vocalem corripere dicuntur; e. c. स्रवलि a स्रवन्ति a स्रवल्, चिकीर्षि vel चिकिन्षि a चिकीर्ष्.

## ACCUSATIVUS.

145. Masculina, quae in brevem vocalem desinunt, न् tanquam Accusativi plur. characterem adjiciunt, et brevem vocalem finalem producunt; e. c. गडान्, गिरिन्, भान्, पितृन् a गडा, गिरि, भान्, पितृ.

146. Reliqua Masculina, rarissimis cum exceptionibus, atque omnia Feminina, in Accusativo plur. स् habent characterem, ante quem breves vocales producuntur, e. c. मतीस्, धेनुस्, मातृस् a मति f., धेनु f., मातृ f.; नदीस्, वधुस् a नदी f., वधु f. Quae in consonantem desinunt Masculina et Feminina, deinde monosyllaba Feminina in ई et ऊ, denique voces diphthongis ऐ et औ terminatae, quae omnes sunt monosyllabae, characterem स् auxiliari vocali अ cum themate conjungunt, ita ut Accusativus Nominativum aequet, e. c. ददतस्, युधस् a ददत m., युध f., भियस्, भुवस् a भो f., भू f. (v. r. 51.), रायस् (e ऐ + अस्), नावस् (e नौ + अस्) a नौ m., नौ f.

147. Neutorum Accusativus Nominativum aequat (v. r. 143. et 144.).

INSTRUMENTALIS

X 148. a) Hujus casus, in tribus generibus, character est syllaba भिस् e c गिरिभिस्, धेनुभिस्, नदीभिस् a गिरि m etc, महद्भिस् a महत् m n (cf. r. 140.). b) Voces solae in अ desinentes a communi analogia recedant, formando ऐस्, e. c. गद्दीस्, पत्रैस् a गद्द m., पत्र n.

X ANNOT Terminationem ऐस् ex अभिस् vel potius आभिस् explicandam esse censeo, eo quod primitiva linguae aetate अ ante terminationem भिस्, sicut ante भ्याम्, in आ transierit (v r 140) Ex आ + भिन्, ejecto भू, oriri potuit ऐस्, nam ऐ diphthongus ex elementis आ et इ vel ई consistit (v annot. ad r 33) Vix autem credibile est, jam antiquissima linguae aetate, duas extitisse hujus casus terminationes, quarum altera vocum in अ desinentium propria, altera omnibus reliquis finalibus litteris fuerit communis

DATIVUS ET ABLATIVUS.

149. Horum casuum, in tribus generibus, character est भ्यस्, ante quem अ transit in ए, reliquae vocales nulla mutatione afficiuntur, e. c. गद्दोभ्यस्, मतिभ्यस्, मधुभ्यस्, नदीभ्यस्, a गद्द m., मति f.,

मधु *n.*, नदी *f.*; मरुद्वास् a मरुत् *m.n.* (v. r. 83. b.); वाग्भ्यस् a वाच् (vid. r. 86.); राडाभ्यस् a राडान् *m.* (v. r. 92.); तैडोभ्यस् a तैडास् *n.* (v. r. 100. c.).

## GENITIVUS.

150. a) Hujus casus character est ग्राम् e. c. मरुताम्, युधाम् a मरुत् *m.n.*, युध् *f.*; गत्राम्, नात्राम् a गो *m.f.*, नो *f.* (v. r. 55.). b) Voces, quae in simplicem desinunt vocalem, inter thema et flexionem ग्राम्, न् inserunt euphonicum, ante quod breves vocales producantur; monosyllaba tamen Feminina ad arbitrium aut न् euphonicum inserere, aut ग्राम् proxime cum themate conjungere possunt. E. c. गदानाम्, गिरीषाम् (vid. r. 94<sup>o</sup>), मतीनाम्, मधुनाम्, a गडा *m.*, गिरी *m.*, मति *f.*, मधु *n.*; आशानाम्, नदीनाम्, वधुनाम्, ab आशा, नदी, वध्; भीनाम् vel भियाम्, भुनाम् vel भुवाम् a भी, भु (v. r. 51.).

## LOCATIVUS.

151. Hujus casus character est स्तु, ante quem अ transit in ए atque ऐ in आ; reliquae vocales non mutantur\*); e. c. गदोषु, रास्तु a गद् *m.*, रै *m.*; आशास्तु, वारिषु, वधुषु ab आशा *f.*, वारि *n.*, वध् *f.*; मरुत्तु, युत्तु a मरुत् *m.n.*, युध् *f.* (v. r. 83. c.); राडास्तु, नामस्तु a राडान् *m.*, नानन् *n.* (v. r. 92.); तैडास्तु vel तैडास्तु a तैडास् *n.* (v. r. 100. c.).

## VOCATIVUS.

152. Vocativus pluralis semper Nominativum aequat.

153. Sequens tabula omnium casuum flexionum praebet conspectum

\* ) d- गु terminationis mutatione in दु vid. r. 101<sup>o</sup>.



PLURALIS.				NEUTRUM.		
INSTR.	D. A.	GEN.	LOC.	SING.	DUAL.	PLUR.
				N. A. V.	N. A. V.	N. A. V.
गिभ्यस्	वगभ्यस्	वचान्	वक्ष्	वक्	वचौ	वक्षि
भृगिभ्यस्	भृगभ्यस्	भृगान्	भृक्ष्	भृक्	भृगौ	भृक्षि
रङ्गिभ्यस्	रङ्गभ्यस्	रङ्गान्	रङ्गस्	रङ्ग	रङ्गौ	रङ्गि
पद्भिस्	पद्भ्यस्	पताम्	पत्स्	पत्	पतौ	पन्ति
विद्भिस्	विद्भ्यस्	विदाम्	वित्स्	वित्	विदौ	विन्दि
युद्भिस्	युद्भ्यस्	युधाम्	युत्स्	युत्	युधौ	युन्धि
भृद्भिस्	भृद्भ्यस्	बुधाम्	भृत्स्	भृत्	बुधौ	बुन्धि
लब्धिभ्यस्	लब्धभ्यस्	लभाम्	लप्स्	लप्	लभौ	लम्भि
चर्भिस्	चर्भ्यस्	चराम्	चर्ष्	चर्	चरौ	चरि
गोर्भिस्	गोर्भ्यस्	गिराम्	गोर्ष्	गोर्	गिरौ	गिरि
शन्भिस्	शन्भ्यस्	शनाम्	शन्स्	शन्	शमौ	शमि
विद्भिस्	विद्भ्यस्	विशाम्	विद्स्	विद्	विशौ	विंशि
दिग्भिस्	दिग्भ्यस्	दिशाम्	दिक्स्	दिक्	दिशौ	दिंशि
द्विद्भिस्	द्विद्भ्यस्	द्विपाम्	द्विद्स्	द्विद्	द्विपौ	द्विंषि
मृद्भिस्	मृद्भ्यस्	मृपाम्	मृक्ष्	मृक्	मृपौ	मृंषि
काभिस्	काभ्यस्	कानाम्	काःस्	कस्	कसौ	कांसि
चकाभिस्	चकाभ्यस्	चकासाम्	चकाःस्	चकास्	चकासौ	चकांसि
पीर्भिस्	पीर्भ्यस्	पिसाम्	पीःप्	पीस्	पिसौ	पिंसि
लिद्भिस्	लिद्भ्यस्	लिहाम्	लिद्स्	लिद्	लिहौ	लिंदि
धृग्भिस्	धृग्भ्यस्	उहाम्	धृक्ष्	धृक्	उहौ	उंदि
वल्भिस्	वल्भ्यस्	वल्गाम्	वल्प्	वल्	वल्गौ	वल्गि <sup>19)</sup>

<sup>r</sup> r. 56. c<sup>6)</sup>, et 83. d<sup>6)</sup>. <sup>s)</sup> v. r. 72. 73<sup>\*)</sup>, et 97. <sup>9)</sup> v. r. 491. <sup>10)</sup> v. r. 74. et 98. d. 103<sup>\*)</sup>. <sup>11)</sup> v. r. 57. et 84. <sup>12)</sup> vel वल्गि.

	Singularis	Dualis	Pluralis
<i>Nom.</i>	स <i>m.f.</i> म <i>n.</i> *)	सौ <i>m.f.</i> द्वौ <i>n.</i>	असु <i>m.f.</i> इ <i>n.</i>
<i>Acc.</i>	म्, अम् <i>m.f.</i> म् <i>n.</i> *)	सौ <i>m.f.</i> द्वौ <i>n.</i>	सु, असु <i>m.f.</i> नू <i>m.</i> इ <i>n.</i>
<i>Instr.</i>	आ <i>m.f.n.</i> अ <i>m.n.</i> *)	भ्याम् <i>m.f.n.</i>	भिसु <i>m.f.n.</i> ऐसु <i>n.n.</i> *)
<i>Dat.</i>	ए <i>m.f.n.</i> ऐ <i>f.</i> अय <i>m.n.</i> *)	भ्याम् <i>m.f.n.</i>	भ्यसु <i>m.f.n.</i>
<i>Abl.</i>	त् <i>m.n.</i> *) असु <i>m.f.n.</i> सु <i>m.f.</i> आसु <i>f.</i>	भ्याम् <i>m.f.n.</i>	भ्यसु <i>m.f.n.</i>
<i>Gen.</i>	स्य <i>m.n.</i> *) असु <i>m.f.n.</i> सु <i>m.f.</i> आसु <i>f.</i>	सौसु <i>m.f.n.</i>	साम् <i>m.f.n.</i>
<i>Loc.</i>	इ <i>m.f.n.</i> आम् <i>f.</i>	सौसु <i>m.f.n.</i>	सु <i>m.f.n.</i>

154. Quia, in casibus formandis, multum pendet e vocum littera finali earumque genere, sequens tabula integrum præbeat conspectum declinationis, quam voces diversae, ex lege litterae suae finalis generisque sui sequuntur. Litterae finales alphabetico ordine sunt dispositae; consonantium tamen illas tantum recepimus, quae saepius in vocabulorum fine apparent; de iis fusius in sexta agetur declinatione.

## VOCUM DIVISIO IN SEX DECLINATIONES.

155. Quod ad thematum litteras finales attinet, apte sex statui possunt declinationes, quarum quattuor priores complectuntur simplices vocales, quinta diphthongos, sextaque consonantes comprehendit.

Prima declinatio: voces in अ et आ.

Secunda declinatio: voces in इ et उ.

\*) Solum in thematibus in ए vocalem desinatibus.

Tertia declinatio: voces in ई et-उ.

Quarta declinatio: voces in ऋ.

Quinta declinatio: voces in ऐ, औ et औ.

Sexta declinatio: voces, quae in quampiam desinunt consonantem.

### PRIMA DECLINATIO.

अ ET आ.

× 156. Voces in अ desinentes aut Masculina sunt aut Neutra, nunquam Feminina. Multis in rebus a communi declinationis norma recedunt, id quod *rr.* 122, 126, 127 a., 128, 129, 137 a., 148. fusius expositum est. Accedit, quod अ vocalis pluribus in casibus in ए transit\*), aut producitur in आ, ubi aliae thematum vocales nullam subeunt mutationem.

× ANNOT. Grammatici indici, quorum Angli sequuntur auctoritatem, आत् Ablativi terminationem esse statuunt. Haec autem sententia nullo confirmatur argumento, quia haec terminatio solum cum antecedente अ composita invenitur, ita ut आत् aut ex अ + अत् explicari possit, aut ex अ producto in आ + त्. Posterior dissolutio, quam praefereimus, tribus confirmatur argumentis. 1. अ etiam ante terminationem याम् producitur (*v. r.* 140.), ante quam reliquae vocales breves retinentur. 2. Ablativi pronominum primae et secundae personae मत् *a me.* त्वत् *a te* melius in म et त्व + त् quam in म् et त्व् + अत् resolvuntur, quia fere omnes horum pronominum casus in Singulari a म et त्व syllabis, vel ab earum in मे et त्वे transformata forma descendunt. 3. त् melius quam अत् cum अ convenit, quod in antiquissimis latinis monumentis Ablativi omnium declinationum est character, sic legitur e. c. in Columna rostrata, presented sumod dictatored, in altod marid, navaled praedad etc. Itidemque in sanscrita lingua omnium singularis numeri Ablativorum characterem antiquitate त्. In hisce proximioribus parochivitate amovetur, vel in vocibus in अत् desinentibus et omnibus pronominibus solum relicto, Genitivus Ablativi fugebatur vice.

---

quod ante vocales in ए dissolvitur.

157 Voces in आ desinentes sunt feminini generis (radicibus in fine compositorum exceptis, v r 160), atque hanc vocalem in quibusdam casibus in ए, in aliis in ऐ immutant diphthongos, quae ex lege 55 ante vocales in अय् et आय् resolvuntur

158 Paradigma hujus declinationis esto शिव *m n* शिवा *f felix* Tanquam substantivum शिव *m* est deus *Sivus* et शिवा *f* ejus conjux (v Tab ad r 154)

159 इरा *f senectus* aut regulariter sicut शिवा declinatur, aut, quod usitatus est, ita flectitur, ut solum Nominat sing, Loc pl et terminationes a भू incipientes a इरा themate descendant, omnes autem reliqui casus a इरस्. Itaque Singularis इरा, इरस्म, इरसा, इरस्ते, इरस्त्, इरस्ति, इरस्. Dualis इरसी, इराभ्याम्, इरसोस्. Pluralis इरसत्, इराभिस्, इराभ्यस्, इरास

160 Radices in आ desinentes, ubi, quod rarissime accidit, in fine compositorum r 106 descriptorum ponuntur, tanquam adjectiva sunt generis communis, atque neutrum corripunt in अ flectuntque sicut शिव *n* Tanquam substantiva haec radices item sunt et masc et fem generis sine ulla declinationis differentia Tam adjectiva quam substantiva utriusque generis nomina in आ desinentia, hanc vocalem ante vocales terminationum, Nominativo et Vocat plur excepto, abiciunt, in Ablativo Genitivo sing et Acc pl अस् terminationem habent, atque Vocat sing Nominativum aequat E c वा qui vel quae bibit, in composito सोमया *m f* qui vel quae Somae plantae succum bibit, flectitur Sing वास्, याम्, वा, वै, यत्, यि, यान् Dual वै, वाभ्याम्, वैस् Plur वास्, यत्, याभिस्, याभ्यस्, याम्, यास, यात् \*)

\*) Loco larum in आ desinentium radicalium vocem vulgo voces usurpantur, quae secundum r 65 suffixo ए formatae sunt, ante quod वा radicale abijitur ita ut pro वायाम् fere semper inveniantur सोयाम् secundum लिङ्गम् सोमया *f* secundum लिङ्गम्

## SECUNDA DECLINATIO.

इ, उ.

161. Voces in इ et उ desinentes aut masculini aut feminini aut neutrius generis sunt, atque in declinatione secundum generis differentiam differunt, Neutrum tamen a Masculino in paucis tantum casibus differt. Paradigma esto कवि *m. poeta*, मति *f. opinio*, चारि *n. aqua*, भानु *m. sol*, धेनु *f. vacca*, तालु *n. palatum* (v. Tab. ad r. 154.).

162. Adjectiva in इ et उ desinentia in Masc. sicut substantiva कवि *m.* भानु *m.*, in Neutro sicut चारि *n.* मधु *n.* declinantur, ita tamen ut Neutrum in Dat. Ablativo-Genit. et Locat. sing., atque in Genitivo-Locat. dualis, Masculini quoque analogiam sequi possit; e. c. शुचि *n. purum* मृदु *n. tenerum* forinam Dat. sing. शुचिने, मृदुने vel शुचये, मृदवे; Abl. Gen. शुचिनस्, मृदुनस् vel शुचेस्, मृदोस्; Locat. शुचिनि, मृदुनि vel शुचौ, मृदौ; Genit. Loc. dual. शुचिनोस्, मृदुनोस् vel शुच्योस्, मृद्वोस्.

163. In Feminino adjectiva in इ desinentia sicut मति *f.* declinantur; adjectiva vocali उ terminata in Feminino plerumque suffixum ई adjiciunt, veluti मृद्वी *tenera*, a मृदु, quam ob rem tertiam sequuntur declinationem (veluti नदी). Quae suffixum ई in Fem. non adjiciunt, ad arbitrium उ finale non mutatum retinent et sicut धेनु *f.* flectuntur, aut उ produciunt in ऊ, quo facto, Fem. ad tertiam pertinet declinationem; e. c. तनु *tenuis*, Fem. तनु, secundum धेनु, vel तनु, secundum वधु.

## NOMINA IRREGULARIA.

164. Voces वति *m. dominus* et साते *amicus* pluribus in casibus a generali norma recedunt. In Instr. sing. न् euphonicum non inserunt, sed e generali euphoniae regula formant पत्या, नात्या. 2. In Dat. *Gunam* non admittunt, formantes पत्ये, नात्ये pro पतये, सात्ये.

3 In Ablat. Gen. habent *उच्* terminationem, sicut voces in *इ* desinentes, formantes पत्यस्, सप्यस् pro पतेस्, सपेस्. 4. Ante Locativi terminationem *ऌ* (v. r. 132) इ vocalem non abijciunt, sed in *य्* immutant, formantes पत्यौ, सप्यौ pro पतौ, सपौ. — Praeterca sequentes anomaliae propriae sunt sicut vocis. a) in Nominat. sing. format सप्ता, ut videtur ex inusitato themate सप्त, vel सप्तन् (v. r. 179. et 224.), b) in Accus. format सप्तायम्, in Nom. Acc. et Voc. dual. सप्तायौ, atque in Nom. et Voc. pl. सप्तायस्, ex inusitato themate सप्यै. Integra ambarum vocum declinatio est igitur.

	Singularis		Dualis		Pluralis	
Nom.	पतिस्	सप्ता	पतौ	सप्तायौ	पतयस्	सप्तायस्
Acc.	पतिम्	सप्तायम्	पतौ	सप्तायौ	पतौन्	सप्यौन्
Instr.	पत्या	सप्या	पतिभ्याम्	सपिभ्याम्	पतिभिस्	सपिभिस्
Dat.	पत्ये	सप्ये	पतिभ्याम्	सपिभ्याम्	पतिभ्यस्	सपिभ्यस्
Abl.	पत्यस्	सप्यस्	पतिभ्याम्	सपिभ्याम्	पतिभ्यस्	सपिभ्यस्
Gen.	पत्यस्	सप्यस्	पत्योस्	सप्योस्	पतीनाम्	सप्यीनाम्
Loc.	पत्यौ	सप्यौ	पत्योस्	सप्योस्	पतिषु	सपिषु
Voc.	पते	सपे	पतौ	सप्तायौ	पतयस्	सप्तायस्

पति in fine compositorum, e. c. in नृपति *virorum dominus*, regularem sequitur declinationem.

165. Voces neutrius generis अक्षि *oculus*, अस्थि *ossis*, दधि *lac coagulatum* et अस्थि *femur*, in pluribus, न् euphonicum inserentibus casibus, vocalem इ eijciunt, formantes e. c. अक्षणा (v. r. 94<sup>o</sup>) अस्त्रा, दध्ना, अक्षणा pro अक्षिणा etc. Hanc anomaliam eo explicandam esse censeo, quod horum nominum debilissimi casus (v. r. 185. b. et c) a thematibus in अन् desinentibus descendant, quippe quae penultimum अ secundum r. 224. usdem in casibus eijciant. Potissimum autem haec sententia eo confirmatur, quod अस्थि in Locativo et

अस्त्रि et अस्यनि (cf. दाग्नि vel दामनि a दामन् r. 224.) format, quae posterior forma solum ex अस्यन् explicari potest. Completa hujus vocis declinatio est: Singularis: अस्थि, अस्या, अस्त्रे, अस्त्रस्, अस्त्रि vel अस्यनि. Dualis: अस्थिनी, अस्थिभ्याम्, अस्त्रेस्. Pluralis: अस्यीनि, अस्थिभिस्, अस्थिभ्यस्, अस्त्राम्, अस्थिषु. Eandem analogiam sequuntur अजि, दधि et शक्थि, ita tamen ut in Locat. solum अक्षिण, दध्नि, शक्थिन् habeant, non दधनि etc.

## TERTIA DECLINATIO.

ई, ऊ.

166. Voces simplices (non compositae) fere omnes sunt generis feminini. Masculina simplicia in ई et ऊ desinentia rarissima sunt; Neutra vero nunquam in longam desinunt vocalem. Quod ad declinationem vocum in ई et ऊ attinet, duo discernendi sunt ordines, quorum prior monosyllabas, alter polysyllabas comprehendit voces. Monosyllaba in ई et ऊ desinentia numero sunt pauca, quae maximam partem abstracta sunt substantiva, nudam exhibentia radicem, veluti भी *timor*, द्वी *pudor* etc. In declinatione a polysyllabis vocibus in ई et ऊ desinentibus praecipue eo differunt, quod vocalem suam finalem ante vocales flexionum, secundum r. 51., in इय् et उय् transformant, non sicut polysyllaba in solam semivocalem य् vel व्; deinde, quod in Accus. sing. अम्, atque in Accus. pl. अस् addunt terminationes, quum polysyllaba characteres म् et न् proxime cum thematicate conjungunt; denique, quod in Vocativo sing. Nominativi characterem assumunt. Quae arbitraria sunt discrimina, paradigmata भी et म् ostendunt (vid. Tab. ad r. 154.).

Polysyllaba Feminina in ई desinentia maximam partem derivativa sunt, quae a primitivis suis addita vocali ई descendunt, e. c. नदी *flumen* a नद् ejusdem significationis (v. r. 240.), - महती *magna* a

मत्तु *magnus, magnum* Haec derivata Feminina in Nominativo sing. caractere सू carent et nudum exhibent thema (v r 120), quia in re a polysyllabis Femininis in ऊ differunt, cum quibus in omnibus reliquis casibus conveniunt

Monosyllaborum hujus declinationis Femininorum paradigmata proponimus voces भी *timor*, भू *terra*, polysyllaborum exempla sint नदी *flumen*, वधू *mulier* (v Tab ad r 154).

167. लक्ष्मी nomen uxoris dei *Vishnus*, तन्त्री *funis, chorda*, et तरो *navis*, quae primitivae, non feminino caractere ई derivatae sunt voces, Nominativi signum सू assumunt, e c. लक्ष्मीस्, praeterea नदी paradigmatis sequuntur analogam औणी *coxa*, quanquam item est primitivum, tamen in Nominativo औणी sonat. Aliae polysyllabae primitivae voces non inveniuntur.

168 स्त्री *femina* in Nominativo sing format स्त्री (secundum नदी) atque in Accus ad arbitrium format स्त्रियम् secundum नियम्, vel स्त्रीम् secundum नदीम्. Praeterea regulariter paradigmatis भी sequitur analogam

169 Adjectiva composita possessiva (वद्वोहि dicta v r 663), quorum posterius membrum est substantivum fem in ई et ऊ desinens, generis communis sunt atque in ambobus generibus sicut substantivum suum finale flectuntur, hisce tamen legibus

a) Adjectiva monosyllabo substantivo terminata in Dat Ablat Gen et Locat femininas flexiones ऐ, आस् et काम् non admittunt, e c गतभी *m f remotum timorem habens, intrepulus*, et सुभ्र *pulchra supercilia habens* flectuntur, Singularis गतभीस्, सुभ्रच्, गतभियम्, सुभ्रवम्, गतभिया, सुभ्रवा, गतभिये, सुभ्रवे, गतभियस्, सुभ्रवस्, गतभियि, सुभ्रवि, गतभीच्, सुभ्रच्. Dualis et Pluralis plane ut भी et भू, vid Tab ad r. 154



b) Adjectiva quae primitivo Feminino polysyllabo\*), in ई desinente, finiuntur, 1. in casibus supra dictis praeter terminationes ऐ, आच्, आम् etiam masculinas terminationes ए, अच्, इ admittunt. 2. in Vocat. sing. etiam Nominativi formam induere, atque in Accus. pl. praeter स् etiam न् characterem assumere possunt; e.c. आत्तलक्ष्मी *m.f. extinctam fortunam habens* flectitur, Singularis: आत्तलक्ष्मीस्, आत्तलक्ष्मीम्, आत्तलक्ष्म्या, आत्तलक्ष्म्यै vel आत्तलक्ष्म्ये, आत्तलक्ष्म्यास्, vel आत्तलक्ष्म्यस्, आत्तलक्ष्म्याम् vel आत्तलक्ष्म्यम्, आत्तलक्ष्मि vel आत्तलक्ष्मीस्. Dualis: आत्तलक्ष्म्यौ, आत्तलक्ष्मीभ्याम्, आत्तलक्ष्म्योस्. Pluralis: आत्तलक्ष्म्यस्, आत्तलक्ष्मीस् vel आत्तलक्ष्मीन्, आत्तलक्ष्मीभिस् etc.

c) Genus neutrum vocales ई et ऊ in इ et उ corripit atque sicut चारि et ताल् flectitur (vid. Tab. ad r. 154.), ita tamen ut Instrum. Dat. Abl. Genit. et Locat. etiam declinationem, qua Masculinum et Femininum inter se conveniunt, sequi possint; e.c. गतभि et सुभ्रु flectuntur, Singularis: गतभि, सुभ्रु; गतभिया vel गतभिना, सुभ्रुवा vel सुभ्रुणा; गतभिये vel गतभिने, सुभ्रुवे vel सुभ्रुणे; गतभियस् vel गतभिन्स्, सुभ्रुवस् vel सुभ्रुणस्; गतभियि vel गतभिनि, सुभ्रुवि vel सुभ्रुणि; गतभे vel गतभि, सुभ्रौ vel सुभ्रु. Dualis et Pluralis plane ut चारि et ताल्, v. Tab. ad r. 154. आत्तलक्ष्मि flectitur, Singularis: आत्तलक्ष्मि, आत्तलक्ष्म्या vel आत्तलक्ष्मिणा, आत्तलक्ष्म्यै vel आत्तलक्ष्म्ये vel आत्तलक्ष्मिणे, आत्तलक्ष्म्यास्, vel आत्तलक्ष्म्यस् vel आत्तलक्ष्मिणस्, आत्तलक्ष्म्याम् vel आत्तलक्ष्म्यम् vel आत्तलक्ष्मिणि, आत्तलक्ष्मि vel आत्तलक्ष्मि. Dualis et Pluralis plane ut चारि in Tab. ad r. 154.

170. Radices in ई et ऊ desinentes, ubi, quod rarissime accidit, in fine compositorum r. 106. descriptorum ponuntur, tanquam adjectiva sunt generis communis et Neutrum formant secundum r. 174.

\*) Polysyllaba Feminina in ऊ, et derivata Feminina polysyllaba in ई desinentia, nunquam in fine compositorum hujus generis inveniuntur.

Tanquam substantiva hae radices sunt nomina agentis tam masculini quam feminini generis, praecipue tamen ut Masculina usurpantur. In declinatione maxime cum polysyllabis Femininis in र् desinentibus conveniunt, a quibus in Dualis casibus nusquam, in Plurali autem in Acc. et Gen. solum recedunt. Paradigmata sint *वी m.f. qui vel quae bibit*, *वृ m.f. qui vel quae purificat*, quae in compositione cum quopiam substantivo, declinantur, Singularis: *वीस्, वृस्, व्यम्, व्वम्, व्या, व्वा, व्ये, व्वे, व्यस्, व्वस्, व्वि, व्वि, वीस्, वृस्*. Dualis: *व्यौ, व्वौ, वीभ्याम्, व्वीभ्याम्, व्योस्, व्वोस्*. Pluralis: *व्यस्, व्वस्\**, *वीभिस्, व्वभिस्, वीभ्यस्, व्वभ्यस्, व्याम्, व्वान्, वीष, व्वष*.

171. Radices quae, ante र् et ङ finale, duas consonantes habent, has vocales ex euphoniae lege 52. ante vocales flexionum in इय् et उव् immutant, e. c. *क्रीस्, क्रियम्, क्रिया; इस्, इवम्, इद्या etc.* a *क्री qui vel quae vendit*, *कू qui vel quae currit*, in fine compositorum.

172. *स्वयन्मू m. qui per se ipsum existit* (cognomen dei *Brahmao*) e *स्वयम् ipse* (v. r. 276.) et *मू qui existit*, quanquam unam tantum ante vocalem ङ habet consonantem, tamen vocalem suam finalem ante vocales flexionum in उव् immutat, formatque e. c. in Accus. *स्वयन्म्वम्*. Alia in radicem *मू* desinentia composita partim eandem, partim generalem sequuntur regulam 170.

173. Radix *दू* *ducere*, in fine huius generis compositorum, in Locativo sing. femininam terminationem *ग्राम्* assumit, e. c. *सेनानौ m. exercitus dux* format *सेनान्याम्* pro *सेनान्यि\*\**).

\*) in Nom. Acc. et Vocativo.

\*\*\*) Substantiva quae cum radice *दू* componuntur sub conditionibus r. 91<sup>o</sup>. eandem ac praepositiones inseparabiles (r. 91<sup>o</sup>) vim euphonicam in initialem *वृ* litteram exercent, e. c. *ग्रामपति praecipuus, supremus* (ad litteram *pagum ducens i. e. regens*).

174. Genus neutrum compositorum, quattuor antecedentibus regulis descriptorum, vix unquam invenitur; ubi tamen adhibetur, finale ई et ऊ corripuntur in इ et उ (cf. r. 169. c.) atque declinatio cum चारि et ताल्यु convenit, ita tamen ut Instr. Dat. Abl. Gen. Loc. sing. Gen. et Loc. du. et Gen. pl. etiam Masculini et Feminini communem declinationem sequi possint, e. c. अलापिना vel अलाप्या (cf. r. 170.).

175. Sunt quaedam substantiva masculina in ई et ऊ desinentia, usu rarissima, suffixis unādicis (v. r. 646.) ई et ऊ formata, e. c. पपी *m. sol.*, नत् *m. saltator*. Haec et alia hujus ordinis substantiva in declinatione a r. 170. eo tantum recedunt, quod Accusativus sing. characterem न् proxime cum themate conjungit, Accusativus plur. terminationem न् pro अस् assumptionem, atque in Locat. sing. terminatio इ cum antecedente इ coalescit. पपी et नत् formant igitur in casibus modo dictis: पपीन्, नत्न्, पपीन्, नत्न्, पपी, नत्त्वि.

ANNOT. Hanc regulam sequitur etiam छद्द vel ऊद्द *m.* nomen Gandharī cujusdam.

176. Adjectiva vel nomina agentis, rarissimo usu, in ई et ऊ desinentia atque e radicibus denominativis in ईय् et ऊय् desinentibus formata (v. r. 582.), in declinatione sequuntur regulas 170 et 171. Illa tamen, quae ante ई finale consonantem च् vel त् habent, vel न् litteram त् litterae vicariam (v. r. 607.), in Genit. et Ablat. sing. ad arbitrium terminationes उस् vel अस् assumptionem; e. c. सुखी *m. f. voluptatem desiderans*, सुतो *m. f. filium vel filios desiderans*, formant Genitivos सुख्यस्, सुत्यस् (cf. सद्यस्, पत्यस् in r. 164.) vel सुख्यस्, सुत्यस्.

177. Neutra adjectivorum antecedentis regulae corripunt ई finale in इ, quam ob rem secundam declinationem sequuntur, ita tamen, ut in Dat. Abl. Gen. et Loc. sing., in Genit. Loc. du., atque in Gen. pl. etiam Masculini et Feminini sui analogiam sequi possint.

QUARTA DECLINATIO

ऋ

178 Voces in ऋ desinentes duos constituunt ordines, quorum alter continet voces obscurae originis, consanguinitatem vel affinitatem exprimentes, tam masculini quam femmini generis, veluti पितृ, pater, भ्रातृ, frater, मातृ, mater, स्वसृ, soror, alter comprehendit nomina agentis, generis masc quae regulariter a radicibus, suffixo तृ, derivantur, veluti दातृ, dator a दा dare

ANNOT Etiam prioris ordinis voces ejusdem ordinis esse videntur, quippe quae maxime partem in तृ desinant, veluti पितृ (fortasse pro पातृ, a rad पा dominari), मातृ, mater ut videtur a rad मा, quae cum निरृ conjuncta significat efficere creare डुहितृ, flua a rad डुहृ mulgere (डुहितृ, igitur proprie significat, quae mulget i e mammam sugit) Aliae hujus ordinis voces तृ litteram, quae primitive vocali ऋ antecedebat, perdisse videntur, id quod comparatione cum cognatis linguis confirmatur, nam स्वसृ, soror Germanorum est Schwester, Anglorum suster\*)

\* 179. Utrumque hujus declinationis ordinem olim in ऋरृ desivisse censeo Nam ex पितृरृ, मातरृ, दातरृ Nominativi पितृ, मातृ, दातृ formantur, eo quod consonus finalis abjicitur et antecedente vocali producta compensatur, plene ut r 224 Nominativus राज्ञा e राज्ञन् formatur Secundus ordo hanc productam vocalem etiam in reliquis fortibus casibus (v r 185) retinet, quae in re formae दातृरृ, दातृरि, दातृरसृ, a themate दातरृ, accurate conveniunt cum राज्ञानम्, राज्ञानी, राज्ञानसृ (v r 224) Ubi ex lege 224 अ vocalis ejicitur ante नृ, अ ejicitur quoque ante रृ, quam ob rem formae पितृ, पितृ, पितृसृ, si a पितृरृ derivantur, analogae sunt formis राज्ञा, राज्ञी, राज्ञीसृ. Forma पितृनृ tamen etiam a पितृ, ex euphoniae lege 54

\*) Praeter स्वसृ soror deum mariti frater (cf दायृ) unicum hujus ordinis esse videtur vocabulum, quod penultimo तृ careat.

descenderet (v. r. 141.); formae पित्रा et पित्रे vero non apte ex themate पित् explicari possunt, quia Masculina in brevem vocalem desinentia in Instrumentali न् euphonicum inserunt, atque in Dativo *Gunam* requirunt (v. r. 125.c. et 127.b.), ita ut पित् formas पित्णा et पित्ते, non vero पित्रा, पित्रे efficere deberet. In Locativo convenit पितरि, a पितर, cum रात्रानि a रात्रान्. Quod ad formam पितृस् attinet, non dilucide apparet, utrum उ vocalis ad thema, an ad flexionem pertineat; primo loco उ anomala esset permutatio vocalis ऋ vel semivocalis र् (cf. r. 181.). Quodsi autem, quod magis mihi placet, उ vocalis ad flexionem pertinet, formam पितृस् ex primitiva et perdita forma पित्रृस्, abjecto र्, explicandam esse censeo.\*) In casibus, ubi themata in न् desinentia hanc litteram abjiciunt — videlicet ante भ् et स्त et in initio compositorum v. r. 67. — primitiva syllaba अर् corripitur in ऋ vocalem, ideo e. c. पितृभिस् pro पितृभिस्, quod forsasse consueta litterarum transpositione transformabatur in पित्रभिस् (v. r. 34<sup>9</sup>). et confer πατράσιν pro πατέσιν, cujus permutatio in पितृभिस् cum forma पृश् pro प्रृश् similibusque frequentissimis radicum contractionibus convenit (v. r. 325.). — Accusativus et Genitivus pluralis sunt soli casus, qui explicationem ex thematibus in अर् desinentibus prorsus repudiant, nam पितर, मातर in his casibus formarent पित्रृस्, मात्रृस् (cf. राशृस्), पित्राम्, मात्राम् (cf. राशाम्); formae पितृन्, मातरृस्, पितृणाम्, मातरृणाम् autem accurate respondent regulis 145. 146. et 150., quoad ad themata brevibus terminata vocalibus spectant.

Neutra hac in declinatione non occurrunt, nisi in adjectivis compositis, substantivo in ऋ desinente terminatis, e. c. कुन्तीमात् *Kuntiam*

\*) पितृन् autem e regulari forma पित्रृन् (quae cum राशृन् et graeca πατρός convenit) eo explicari potest, quod उ vocalis vi quadam euphonica duarum antecedentium consonantium in उ transierit, ex analogia cum r. 161. et 176., ubi formae पतृन्, सुतृन् item न् litteram cum semivocali conjunctam ostendunt.

*tanquam matrem habens, Kuntia natus.* Horum adjectivorum Neutra in omnibus casibus cum aliis, quapiam vocali finitis, Neutris conveniunt atque a thematibus in अरू prorsus aliena videntur, quod eo fortasse explicandum est, quod Neutra in universum brevissimam in fine thematis amant formam, quam ob rem अरू syllabam ubique in ऋ corripunt.

Paradigmata hujus declinationis sint पितृ *m.* pater, मातृ *f.* mater, दातृ *m.* dator, et दातृ *n.* in fine compositorum (v. Tab. ad r. 154.).

180. नप्तृ *m.* nepos et स्वसृ *f.* soror in casibus fortibus (vid. r. 185.b.) secundi ordinis normam sequuntur, formantque (in analogia cum दातृ) नप्तारम्, स्वसारम्, नप्तारि, स्वसारि, नप्तारस्, स्वसारस्.

181. क्रौडृ *m.* canis aureus, quanquam in उ desinit, plures casus ex क्रौट् vel potius क्रौटृ theme format, in analogia cum दातृ; alios ad arbitrium ex क्रौट् vel क्रौट्; et tantum Vocativus sing., Locat. pl. et quae a भू incipiunt flexiones solummodo a क्रौडृ derivantur. Integra ejus declinatio est:

	क्रौडृ <i>m.</i>		
	Singularis	Dualis	Pluralis
Nom.	क्रौटा	क्रौटरि	क्रौटारस्
Acc.	क्रौटारम्	क्रौटरि	क्रौडन् vel क्रौडन्
Instr.	क्रौट्रा vel क्रौटृना	क्रौटृभ्याम्	क्रौटृभिस्
Dat.	क्रौट्रे vel क्रौटवे	क्रौटृभ्याम्	क्रौटृभ्यस्
Abl.	क्रौटृस् vel क्रौटिस्	क्रौटृभ्याम्	क्रौटृभ्यस्
Gen.	क्रौटृस् vel क्रौटिस्	क्रौटृिस् vel क्रौटिस्	क्रौडृनाम्
Loc.	क्रौटरि vel क्रौटि	क्रौटृिस् vel क्रौटिस्	क्रौटृषु
Voc.	क्रौटी	क्रौटरि	क्रौटारस्

182. न् *m. vir* ad normam primi ordinis flectitur (sicut वित्), in Genit. pl. vero praeter नणाम् anomalam formam नृणाम्, non producta ऋ vocali, admittit.

QUINTA DECLINATIO.

रे, औ, औ.

183. Haec declinatio solum paucas continet monosyllabas voces, quarum flexiones Feminina a Masculinis non distinguunt. औ finale in fortibus casibus (v. r. 185. b.), Accusativo sing. excepto, in औ transit, quod ante vocales ex lege 55. in आत् dissolvitur. In Acc. sing. et pl. औ transit in आ e. c. गाम्, गाम् a गो\*). Quae in रे et औ desinunt voces, in Accus. sing. अम् et in Abl. Genit. sing. et Acc. pl. अत् assumunt terminationem (cf. monosyllaba in ई), atque रे *m. f. res*, quod unicum est in रे desinens vocabulum, ante consonantes flexionum diphthongum suam in आ immutat, e. c. रात्, राभित्, रात्. Vocum in औ et औ desinentium paradigmata sint गो *m. f. bos m. f.*, नौ *f. navis* (v. Tab. ad 154.).

184. Adjectiva composita, substantivo in रे, औ vel औ terminata, in Masc. et Fem. a declinatione substantivorum non differunt. Neutrum corripit diphthongum finalem in respondentem vocalem brevem, रे in इ, औ et औ in उ (vid. annot. ad r. 33.), et sequitur declinationem secundam; ita tamen ut Instr. Dat. Abl. Genit. sing. Genit. Locat. du. et Genit. pl. etiam Masc. et Fem. flexiones assumere possint; e. c. दृष्ट nullus cum नौ *f. navis* compositum format

\*) गाम् ex गाम् (= गं + अम्) et गाम् ex गाम् (= गं + अम्) ejecto अ, ortum esse censeo, quia prius ad fortes posterius ad debiles (v. r. 185. b.) casus pertinet. Cf. bovem, boves, nam bos et βόες idem est ac sanscritum गौ, gutturales enim facile permutantur cum labialibus, surdae cum surdis et sonorae cum sonoris. Vid. radicem ग् in Glossario.

वङ्गनी *m. f. multas naves habens*, cujus Neutrum est वङ्गन्, a quo descendunt. वङ्गन्ना vel वङ्गन्नावा, वङ्गन्ने vel वङ्गन्नावे, वङ्गन्नाम् vel वङ्गन्नावस्, वङ्गन्नीम् vel वङ्गन्नावीम्, वङ्गन्नाम् vel वङ्गन्नावाम्.

## SEXTA DECLINATIO.

VOCES QUAE IN CONSONANTEM DESINUNT.

185. a) Voces quae in consonantem desinunt, in duas rediguntur classes. Prior comprehendit voces radicales et eas quae maximam partem obscurae vel dubiae sunt originis, a grammaticis vero suffixis *unād cis* (v. r. 646) explicantur, veluti हरित् *viridis*, मरुत् *ventus*. Altera continet voces, quae solitis suffixis, *Kridanta* et *Taddhita* dictis, formatae sunt \*) Prioris classis voces in declinatione omnino sequuntur generales casuum formandorum regulas et euphoniae leges.

b) Quod ad alteram classem et ad nomina anomala prioris classis attinet, maximi momenti est casuum divisio in fortes et debiles. Fortes sunt Nominativus, Accusativus et Vocativus sing et du., deinde Nominativus et Vocativus pl. Debiles sunt omnes reliqui casus, qui iterum apte in debiliores et debilissimos redigendi sunt. Debiliores sunt *u*, quorum flexio a consonante incipit, debilissimi sunt illi debiles casus qui vocalem in initio flexionis habent. Fortes casus, ubi duo cognata themata declinationem cuiuspiam vocis constituunt, semper e fortiori formantur themate, debilesque ex debiliori. Ubi tres thematis variationes declinationem constituunt, fortes casus a fortissima descendunt forma, debiliores a debiliori et debilissimi a debilissima forma, e. c. तृदत्.

\*) Priora formant voces primitivas e rad. cibus ipsis, altera derivativas ex aliis nominibus



vexans (v. r. 218.) fortes casus Masc. format ex तुदन्त, debilesque ex तुदत्, atque प्रत्यच् *occidentalis* (v. r. 198.) cujus declinatio tres thematis formas ostendit, fortes casus Masc. format ex प्रत्यच्, debilesque partim ex प्रत्यच्, partim ex प्रतीच्, ita ut ex posteriori forma debilissimi, ex priori debiliores casus descendant.

तुदत् (forma fortis तुदन्त).

		Causus fortes	Causus debiles
<i>Singularis:</i>	<i>Nom. Voc.</i>	तुदन्	.....
	<i>Acc.</i>	तुदन्तम्	.....
	<i>Instr.</i>	.....	तुदता
	<i>Dat.</i>	.....	तुदते
	<i>Abl. Gen.</i>	.....	तुदतस्
	<i>Loc.</i>	.....	तुदति
<i>Dualis:</i>	<i>N. Acc. Voc.</i>	तुदन्तौ	.....
	<i>Ins. Dat. Abl.</i>	.....	तुदभ्याम्
	<i>Gen. Loc.</i>	.....	तुदतोस्
<i>Pluralis:</i>	<i>Nom. Voc.</i>	तुदन्तस्	.....
	<i>Acc.</i>	.....	तुदतस्
	<i>Instr.</i>	.....	तुदद्भिस्
	<i>Dat. Abl.</i>	.....	तुदद्भ्यस्
	<i>Gen.</i>	.....	तुदताम्
	<i>Loc.</i>	.....	तदन्त

प्रत्यच् (forma fortis प्रत्यच्, forma debilissima प्रतीच्).

	Casus fortes	Casus debiliores	Casus debilissimi
<i>Singularis: Nom. Voc.</i>	प्रत्यच्	.....	.....
<i>Acc.</i>	प्रत्यचन्	.....	.....
<i>Instr.</i>	.....	.....	प्रतीच्
<i>Dat.</i>	.....	.....	प्रतीच्
<i>Abl. Gen.</i>	.....	.....	प्रतीचन्
<i>Loc.</i>	.....	.....	प्रतीचि
<i>Dualis: N. Acc. Voc.</i>	प्रत्यच्	.....	.....
<i>I. D. Abl.</i>	.....	प्रत्यन्भ्यान्	.....
<i>Gen. Loc.</i>	.....	.....	प्रतीचान्
<i>Pluralis: Nom. Voc.</i>	प्रत्यचन्	.....	.....
<i>Acc.</i>	.....	.....	प्रतीचन्
<i>Instr.</i>	.....	प्रत्यग्भिन्	.....
<i>Dat. Abl.</i>	.....	प्रत्यग्भ्यन्	.....
<i>Gen.</i>	.....	.....	प्रतीचान्
<i>Loc.</i>	.....	प्रत्यच्	.....

c) Adjectiva femininum characterem ङ्, ubi in Masculino et Neutro duae exstant thematis formae, cum debili conjungit, ubi tres, cum debilissima, e. c. प्रतीचो, non प्रत्यचो vel प्रत्यचो. Neutra adjectivorum, quod ad Nom. Acc. Vocativum attinet, in Singulari sequuntur casuum debiliorum, in Duali debilissimorum, atque in Plurali fortium analogiam, e. c. a भ्रान्त (in forma forti भ्रान्तन्) venit Singularis भ्रान्त, non भ्रानन्, Dualis भ्रान्तो, non भ्रानन्तो, Pluralis भ्रानन्ति; a प्रत्यच् venit प्रत्यच्, प्रतीचो, प्रत्यच्चि. Reliqui casus a Masculino non differunt.

ANNOT. Formae श्रीमन्ति et प्रत्याञ्चि etiam ex श्रीमत et प्रत्यच् secundum r. 143 & explicari possent, cum autem महत् n. (r. 220) in Plurali formât महान्ति non महन्ति, चत्वर (r. r. 255.) चत्वारि non चतुरि, अन्नडुह (v. r. 215.) अन्नडुहि non अन्नडुहि, manifesto ex his formis apparet, Pluralem Neutorum in Nom. Acc. Voc. a forti descendere themate (cf. r. 165.).

## CLASSIS PRIMA.

186. Voces radicales aut abstracta substantiva gen. fem. sunt, veluti युध् pugna, क्षुध् fames, aut adjectiva vel nomina agentis in fine compositorum, veluti धर्मचिद् jus noscens (v. r. 106.). Tanquam adjectiva haec radicales voces, in fine compositorum, maximam partem generis communis sunt, atque Neutrum in suetis casibus a Masculino et Feminino distinguunt.

187. Paradigmata hujus classis sint sequentia adjectiva, quae in declinatione nonnisi diversis observandis euphoniae legibus differunt, et in fine compositorum solum adliberi possunt: वच् loquens, भृञ् edens, रञ् regens, पत् cadens, विद् sciens, युध् pugnans, बुध् intelligens, लभ् adipiscens, चर्त् iens, शम् coercens, विष् intrans, दिष् ostendens, द्विष् odium habens, मप् patiens, कच् iens, चक्त् splendens, पिष् iens, लिद् lambens, डद् mulgens, वल्म् iens (v. Tab. ad r. 154.).

188. Sequitur hic schema terminationum et primae et secundae classis vocum in consonantem desinentium:

	Singularis	Dualis	Pluralis
<i>Nom.</i>		श्री <i>m. f. ई n.</i>	अन् <i>m. f. इ n.</i>
<i>Acc.</i>	अन् <i>m. f.</i>	श्री <i>m. f. ई n.</i>	अस् <i>m. f. इ n.</i>
<i>Instr.</i>	आ <i>m. f. n.</i>	भ्यान् <i>m. f. n.</i>	भिस् <i>m. f. n.</i>
<i>Dat.</i>	ए <i>m. f. n.</i>	भ्यान् <i>m. f. n.</i>	भ्यस् <i>m. f. n.</i>
<i>Abl.</i>	अत् <i>m. f. n.</i>	भ्यान् <i>m. f. n.</i>	भ्यत् <i>m. f. n.</i>
<i>Gen.</i>	अन् <i>m. f. n.</i>	श्रीन् <i>m. f. n.</i>	अन् <i>m. f. n.</i>
<i>Loc.</i>	इ <i>m. f. n.</i>	श्रीन् <i>m. f. n.</i>	सु <i>m. f. n.</i>
<i>Voc.</i>		श्री <i>m. f. ई n.</i>	अत् <i>m. f. इ n.</i>

## SPECIALES REGULAE.

189. Radices in न् desinentes, in fine compositorum, Femininum a Masc. distinguunt addito Feminini characterē ई, idemque flectunt ad polysyllaborum tertiae declinationis normam. Praeterea radix हन् *occidens*, quae sola in hujus generis compositis usu frequentatur, hanc subit anomaliam, quod in debilissimis casibus, atque ante femininum characterem ई, mediam vocalem अ ejicit atque initiale ह् in घ् transformat. Locativus sing. tamen regularem quoque formam admittit. Declinatur igitur: Sing. ह् (v. r. 121. b.), हन्, घा, घै, घत्, घि vel हनि, हन्. Du. हनौ, हभ्यान् (v. r. 92<sup>o</sup>), श्रीन्. Plur. हन्, घत्, हभिस्, हभ्यस्, घान्, हस्त. — Femininum est श्री.

190. Quodsi हन् componitur cum vocabulo, unam litterarum ह, ष, र्, व् continente: hae litterae in न् litteram vocis हन्, iisdem, quod ad intercedentes litteras attinet, conditionibus quae r. 94<sup>o</sup>, statuuntur, eandem vim euphonicam exercent, qua न् in म् immutatur. Excipiuntur tamen casus ubi secundum r. 189. हन् vocalem suam ejicit. Dicitur e. c. घत्रहण् *Vritri occisorem*, sed e contrario घत्रघा, घत्रघै etc.

191. De vocibus in न् desinentibus vide annotationes ad r. 66. et 95.

192. De vocibus in इस्, उस्, इस् et उस् desinentibus vid. cuphon. rr. 73<sup>o</sup>. 76<sup>o</sup>. 97. et 100. d. Exempla sint गिस् *loquens* et पिस् *iens* (v. Tab. ad r. 154.).

193. Formae desiderativae in इस् (v. not. ad r. 99.) eandem, quod ad penultimum इ attinet, sequuntur euphoniae legem, quia in his secundariis radicibus स् littera radicalis litterae fungitur vice atque in tota vocabulorum familia, quae a desiderativa radice descendit, conservatur; e. c. डिग्दिस् *loquendi cupidus* (in fine compositorum) format Nom. et Vocativum डिग्दीस्, Instr. pl. डिग्दीभिस्, Acc. sing. डिग्दिप्स् (v. r. 101<sup>o</sup>).

194. Formae desiderativae in च् (pro क्च् v. r. 101<sup>o</sup>.) desinentes, ubi ex euphoniae legibus 57. et 84. ultimam consonantem abjiciunt, antecedentem consonantem in primitivam ejus potestatem restituunt, ita ut e. c. विविच् (e विविक् + स् v. r. 98. b.) *intrandi cupidus*, abjecta sibilante, non veluti विविक् tractetur, sed ut विविक्, quod Nominativum et Voc. format विविद् (v. r. 74.), Locat. pl. विविद्भ्यः, Instr. विविद्भिस् (v. r. 98. d.) etc. Quae a vocali incipiunt flexiones, regulariter ex integra forma deducuntur; e. c. विविक्त्स्, विविक्त्त्स् etc.

195. Voces radicales duabus terminatae consonantibus, quarum prior alia est nasalis quam न्, nasalem suam, ubi consonans finalis secundum r. 57. et 84. abjicitur, in न् immutant, quod contra r. 15. etiam ante Locativi flexionem स्त् retineri dicitur; e. c. खन्त्स् *saltans* (in fine compositorum) format Nom. et Vocativ. खन्, Instr. plur. खन्भिस्, Loc. एन्त्स् vel inserto त् euphonico, एन्त्स् (vid. annot. ad r. 83.).

## VOCES ANOMALAE PRIMAE CLASSIS.

196. Radix अञ्च (scribitur quoque अञ्च v. r. 110<sup>o</sup>.) cum quibusdam praepositionibus inseparabilibus composita, anomala format adjectiva, quae penultimam nasalem eieciunt, in casibus fortibus (v. r. 185. b) masc. vero retinent, ita tamen ut, ubi secundum r 57. finalis consonans abjicitur, antecedens nasalis non in न् (v. r. 195.) sed in ङ् transeat. Femininum addit characterem fem ङ्.

197. प्राञ्च *orientalis* (ex प्र + अञ्च), अवाञ्च *meridionalis* (ex अ + अञ्च). Hae duae voces secundum antecedentem regulam formant in Nominat. et Voc. masc. trium numerorum प्राङ्, अवाङ्, प्राञ्चि, अवाञ्चि, प्राञ्चम्, अवाञ्चम्, प्राञ्चो, अवाञ्चो, प्राञ्च, अवाञ्च. Femina sunt प्राञ्चो, अवाञ्चो (secundum नदी in Tab. 154.). Neutrum sequitur regulam 185. c. inde Nom. Acc. Voc. प्राञ्च, प्राञ्चो, प्राञ्चि.

198. प्रत्यञ्च *occidentalis* (ex प्रति + अञ्च), उदञ्च *septentrionalis* (ex उत् + अञ्च v. r. 196.) Hae duae voces in casibus debilissimis (v. r. 185 b.) atque ante femininum characterem et Dualis Neut. flexionem ङ्, in प्रतीञ्च et उदीञ्च corripuntur. Ceterum regulam 196 sequuntur.

199. सन्ध्याञ्च *comitans* (e सन्धि pro सन् cum + अञ्च), सध्याञ्च *id.* (e सधि pro सह cum + अञ्च), विश्वद्वयाञ्च *quoquoersus iens* (e विश्वदि pro विश्व omnis + अञ्च), देवद्वयाञ्च *deos colens* (e देवदि pro देव deus + अञ्च). Hae voces in debilissimis casibus atque ante femininum characterem ङ् et Dualis Neut. flexionem mutantur in समीञ्च, सध्याञ्च, विश्वद्वीञ्च et देवद्वीञ्च. Ceterum sequuntur regulam 196.

200. तिर्याञ्च *curve iens* (ex तिरि pro तिरिस् curve + अञ्च) in debilissimis casibus et ante fem. characterem et Dualis Neut. flexionem mutantur in तिरिञ्च, ceterum sequitur regulam 196.

201. प्राञ्च *adorans* (ex प्र + अञ्च *adorare*), ubique nasalem retinet, atque ubi च् finale ex euphoniae legibus 57 et 84 abjicitur, ज् immutatur in ङ् (cf. r. 196.) c. c. Sing. प्राङ्, प्राञ्चम्, प्राञ्चा etc. Dual. प्राञ्चौ, प्राङ्भ्याम् etc.

202. प्राङ् *m. interrogator* ante vocales flexionum ह् litteram finalem transformare potest in ङ् e. c. Instr. प्राङ्क्व vel प्राङ्क्वा (cf. r. 87. e.).

203. अस्त्र *n. sanguis* (Nom. अस्त्रक्) Instrumentalem et Dat. sing. atque Accusativum pl. ad arbitrium ex proprio suo themate vel ex अस्त्रन् format; itaque अस्त्रदा, अस्त्रदो, अस्त्रद्विज् vel अस्त्रा, अस्त्रे, अस्त्रानि. Omnes reliqui casus a themate अस्त्रञ् regulariter descendunt.

204. अत्रयाञ् (ex praepos. अत्र et rad. यञ् *adorare*) Nominativum et Vocat. sing. et cas flexiones, quae a consonante incipiunt, e themate अत्रयञ् format, secundum regulam 230. ita tamen ut Vocat. sing. irregulariter etiam Nominativi formam assumere possit. Itaque Singularis: अत्रयाञ्, अत्रयादाम् etc. Vocat. अत्रयञ् vel अत्रयाञ्. Dualis: अत्रयाञ्चौ, अत्रयोभ्याम्, अत्रयादोञ्. Plur. अत्रयादाम्, अत्रयोभिञ्, अत्रयोभ्यञ्, अत्रयादाम्, अत्रयःसु vel अत्रयस्सु.

205. यकृत् *n. jecur* et शकृत् *stercus* debiles casus (r. 1. 185. b.) ad arbitrium ex proprio suo themate vel e cognata forma यकान्, शकान् formare possunt. Flectuntur itaque: Nom. Voc. यकृत्, शकृत्, यकृती, शकृती, यकृन्ति, शकृन्ति, Acc. यकृत्, शकृत्, यकृती, शकृती, यकृन्ति vel यकानि, शकृन्ति vel शकानि. Instr. यकृता vel यकृना, शकृता vel शकृना, यकृदाम् vel यकृभ्याम्, शकृदाम् vel शकृभ्याम्, यकृदिञ् vel यकृभिञ्, शकृदिञ् vel शकृभिञ् etc.

206. पाद् *m. pes* (a rad. पद् *ire*) in fine compositorum adjectivorum usitatum, in debilissimis casibus thema पाद् corripit in पद्; e. c. सपाद् *pulchros pedes habens* format Accusativum masc. et fem. सपादम्, सपादि, सपादञ् (non सपादस्), Instrumentalem trium generum सपादा, सपादाम्, सपादिञ् etc.

207. अप् *f. aqua* (pluralis numeri) in casibus fortibus producit in आप्, atque ante ण् flexionum, प् litteram irregulariter immutat in द्. Declinatur igitur: आपस्, अपस्, अदिस्, अद्यस्, अपाम्, अप्स, आपस्.

208. दिक् *f. coelum* ante consonantes flexionum transit in द् (mutando च् semivocalem in respondentem vocalem उ, ante quam इ ex euphoniae lege in य् transformatur), atque Nominativum et Vocat. sing. et ad arbitrium etiam Accusativum, ex themate यो format. Declinatur igitur: दौस्, दिवम्, vel याम्, दिवा, दिवे, दिवस्, दिवि, दौस्; दिवो, द्भ्याम्, दिवोस्; दिवस्, द्भिस्, द्भ्यस्, दिवाम्, द्भुः. — In fine compositorum Neutrum sonat etiam in Nominat. Acc. et Voc. sing. द्.

290. Verba primitiva descendunt a radicibus,<sup>1</sup> quae in tempore praesente, nisi quaequam intermedia additur syllaba (v. r. 297.) solis cum personarum terminationibus componuntur, ita tamen ut euphoniae observentur leges; e. c. अदि *edo*, अति *edit* a radice अद्.

291. Duae sunt activae voces, una cum debilioribus, altera cum fortioribus personarum terminationibus. Ex linguae usu pendet, utrum quaequam radix in una alterave, an in ambabus usurpetur vocibus. Ubi ambae voces admittuntur, quod non permultis in radicibus locum habet, prior, cum debilioribus terminationibus, transitivam, altera, quae Graecorum Medio respondet, reflexivam habet significationem, vel actionem ad agentis utilitatem converti indicat. Saepe tamen nulla perspicua significationis ambarum vocum differentia observatur. Prior et primitiva vox a Grammaticis indicis appellatur परस्मैपदम् (ex Dativo परस्मै *alii* et पदम् *locus*) altera आत्मनेपदम् (ex आत्मने *sibi* et पदम्).

292. In radicibus quae in *Atmanépado* tantum sunt usitatae, haec vox a *Parasmaipado* sensu non differt. Verba neutra partim *Parasmaipadi*, partim *Atmanépadi* utuntur voce.

293. Passivum *Atmanépadi* sumit terminationes, a quo in specialibus temporibus (v. r. 297.) syllaba य, proxime cum radice conjuncta, distinguitur; e. c. द्देष्टि, द्विष्टे *odit*, in Passivo द्विष्यते.

## NUMERI ET PERSONAE.

Numeri sunt, sicut in nominibus, tres: Singularis, Dualis quorum quivis tres habet personas. Genus in verbis vitur.

## TEMPORA ET MODI.

295. Quinque sunt modi: Indicativus, Potentialis, Imperativus, Precativus et Conditionalis. Infinitivus et Participia ad nomen pertinent, eorumque formatio in libro de nominum formandorum suffixis exponetur.

296. Indicativus sex habet tempora: unum Praesens, tria Praeterita et duo Futura. Ordo quo tempora et modi disponuntur est: 1. Praesens, 2. Potentialis, 3. Imperativus, 4. Praeteritum augmentatum uniforme, 5. Praeteritum augmentatum multiforme, 6. Praeteritum reduplicatum, 7. Futurum primum vel participiale, 8. Precativus, 9. Futurum secundum vel auxiliare, 10. Conditionalis.\* De temporum et modorum usu fusius agetur in Syntaxi.

## VERBORUM ET TEMPORUM DIVISIO.

297. Respectu quattuor priorum temporum, quae specialia appellamus, verba vel radices in decem rediguntur classes; in posterioribus sex temporibus, classium et conjugationum differentia desinit, quam ob rem haec tempora generalia apte nominanda esse puto. Decem classium autem characteres sunt: Prima radici addit intermediam vocalem अ atque Gunam requirit, e. c. खनति fodit a खन्, मोदते gaudet a मृद्. Secunda terminationes proxime cum radice conjungit e. c. हन्ति occidit a हन्. Tertia terminationes proxime

\* In posterioribus sex temporibus non omnes Grammatici eandem tenent ordinem.

cum radice conjungit sicut secunda, a qua syllaba reduplicativa distinguitur, e c ददाति *dat* a दा Quarta radici syllabam य addit e c नश्यति *perit* a न्श्. Quinta syllabam न् addit, quae in auctis formis (v r 308) Gunae incremento in नो transit, e c आप्नोमि *adipiscor*, आप्नुमस् *adipiscimur* ab आप्. Sexta addit vocalem अ, sicut prima, a qua eo distinguitur, quod *Gunam* non admittit, e c तदति *vexat* a तद्. Septima inter radicem nasalem inserit litteram, quae ad organum finalis radice consonantis accommodatur, atque in formis auctis (v r 308) ad syllabam न extenditur, e c यन्ति *jungit*, यञ्चन्ति *jungunt* a यञ्, भिन्ति *findit*, भिन्दन्ति *findunt* a भिद्. Octava addit vocalem उ, quae in formis auctis *Gunam* sumit e c तनोमि *extendo*, तनुमस् *extendimus*. Nona syllabam नो addit, quae in formis auctis in ना transit, e c क्रोषामि (v r 94<sup>4</sup>) *vendo*, क्रोषीमस् *vendimus*. Decima classis addit अय et *Gunam* requirit e c चोरयति *furatur* a चर्. Haec classis a reliquis eo recedit, quod incrementum suum, abjecto tantum अ finali, in generalibus quoque temporibus retinet, Praeterito augm *multiformi*, et Precativo *Parasmaipadi* exceptis. Pertinet igitur decima classis, quod ad formam attinet, potius ad verba derivativa, praesertim cum accurate cum Causalibus conveniat.

ANNOT. Grammatici indici vocale न् characterem decimae classis et Causalium esse statuunt, ita ut अय eo explicandum sit, quod उ Gunae incremento in ए transeat quod ante additum अ in अय dissolvatur. Nullo tamen argumento haec confirmatur sententia quae radices decimae classis vel causales formas ubi quae aut cum अय vel अय videmus conjunctas aut omni incremento vacuas, nusquam characterem न् vel ए instructas.

## 298. Personarum characteres sunt

## Parasmaipadam

- 1 Pers. म् *sing., pl.*; न् *sing. Imperativ.*, व् *du.*  
 2. Pers. त् *sing.*; ध् *vel ह् sing. Imperativ.*, थ् *sing. Priet redupl.*,  
 दु., *pl.*, त् *du., pl.*  
 3. Pers. त् *sing., du., pl.*

## Atmanēpadum

- व् *du., न् pl.*  
 न् *sing.*; थ् *sing., du.*; स्व् *sing. Imperativ.*,  
 ध्व् *pl.*  
 त् *sing., du., pl.*

ANVOT म् characterem primae personae deducendum esse puto a themate obliquo rum casuum म् vel मे (v r. 261), atque त् tertiae personae a themate त् (v r. 266) व् character primae pers. dualis cum व् litterae Dualis आत्मान् nos amō vel Pluralis वयम् (ex वे + अम्) convenit. Minus perspicua est signorum secundae personae origo

× 299 Personarum characteres a fine vel ab initio vel a duobus literis cum adjectis conjunguntur syllabis, praecipue ad numeros distinguendos Sequens Tabula conspectum praebet terminationum personarum omnium Temporum et Modorum

## PARASMAIPADUM

## ATMANĒPADUM

## PRÆSENS

Singularis	Dualis	Pluralis	Singularis	Dualis	Pluralis
1 मि	वस्	मम्	ए	वरे	मरे
2. नि	थस्	थ	से	आथे	ध्वे
3 ति	तम्	अन्ति	ते	आति	अन्ते

## FUTURUM

1. अम्	थ	म	अ	वहि	महि
2. स्	तम्	त	थान्	आथान्	ध्वान्
3 त्	ताम्	उन्	त	आतान्	ान्

## IMPERATIVUS.

Singularis	Dualis	Pluralis	Singularis	Dualis	Pluralis
1. आनि	आव	आम	ऐ	आवहे	आमहे
2. हि	तम्	त	स्व	आथाम्	ध्वम्
3. तु	ताम्	अन्तु	ताम्	आताम्	अन्ताम्

## PRAETERITUM AUGMENTATUM UNIFORME.

1. अम्	व	म	इ	वदि	मदि
2. स	तम्	त	थास्	आथाम्	ध्वम्
3. त्	ताम्	अन्	त	आताम्	अन्त

## PRAETERITUM REDUPLICATUM.

1. अ	व	म	ए	वहे	महे
2. थ	अथस्	थ	से	आथे	ध्वे
3. अ	अतस्	उस्	ए	आते	इरे

ANOT. In prima pers. pl. Praesentis loco terminationis मस् ejusque permutationibus euphonicis apud auctores non raro invenitur म्. Praeteritum multiforme et Conditionalis eisdem ac Praet. augm. uniforme habent terminationes, ita tamen ut prius in tertia pl. saepe उस् habeat pro अन्. Ambo Futura Praesentis sumunt terminationes, tertia persona primi Futuri excepta (v. r. 460.).

300°. Respectu verborum conjugationis maximi momenti est terminationum personalium divisio in graves et leves. Ad graves referimus terminationes Dualis et Pluralis *Parasmaipadi*, triumque Numerorum *Atmanepadi*. Leves sunt, terminationes sing. *Parasmaipadi* (prima persona Imperativi excepta), quippe quae aut in brevem vocalem, aut in pronominalem consonantem ipsam desinant. Terminationum pondus autem non solum in quantitate syllabarum, sed plerumque in majori vel minori numero litterarum consistit, c. c. in Praesente वस् et मस् terminationes sunt graviore ac ejusdem per-

sonae singularis terminatio सि; in Praeterito augm. sunt च्च et ण्ण terminationes graviore ac अन्; तन् et त् graviore sunt ac स्. Ubi terminationes personales proxime cum radice vel *Gunae* capace intermedia syllaba conveniunt, certum aequilibrii observamus systema, in cognata Graeca lingua etiam praevalens, eo quod ante leves terminationes radicalis vel adjecta intermedia syllaba *Gunae* incremento vel alio modo augetur, ante graves vero terminationes radix vel adjecta syllaba ad primitivam brevitatem repellitur; e. c. वेदि sci, विद्मस् nos duo scimus, विद्मस् scimus (cf. διδωμι, διδόμεν, διδόμεαι, εἶμι, ἴμεν): Ubi radix, *Gunae* incapace syllaba, vel quapiam consonante, a terminationibus personalibus separatur, secundum speciales temporum formandorum leges aut ubique *gunata* aut pura radice ponitur forma; e. c. वेत्स्यति sciet, dual. वेत्स्यतस्, plur. वेत्स्यन्ति, non वित्स्यतस्, वित्स्यन्ति.

300<sup>b</sup>). Inter eas, quas graves nominamus, terminationes nonnullae sunt, quae destructione, quam temporum cursu subierunt, minoris sunt ponderis quam respondens levis terminatio. Ita prima Persona sing. *Atmanépadī* in omnibus Temporibus characterem ण्ण perdidit, atque अ et इ terminationes Potentialis et Praet. augment. primi leviores sunt ac respondens *Parasmaipadī* terminatio अन्; eandem tamen vim ac reliquae graves *Atmanépadī* terminationes in antecedentem syllabam hae corruptae terminationes exercent, aut quia, sublata causa, effectus tamen remansit, quem primitiva gravior earum forma produxit, aut quia personae, quarum terminationes corruptae sunt, analogiam reliquarum personarum ejusdem Numeri vel ὄβcis sequuntur. — In Praesente terminatio च्च secundae pers. pl. non gravior est quam respondens सि in Singulari, nisi forsitan majus pondus in aspirata quaerendum est littera च्च.

X; 301. *-Atmanépadum*. a *Parasmaipado* praecipue auctis distinguitur terminationibus.

a) Vocalis इ finalis *Gunae* incrementum sumit, quo से, ते, अन्ते veniunt a ति, ति, अन्ति, sicut Graecorum *σται, ται, υται*, a σ(i)\*), *ται, υται*; ex prima persona in 'मि oriri debuit मे, quod cum Graeco *μαι* conveniret, in Sanscrito autem non conservatum est, sed perditum, sicut in reliquis temporibus, pronominali littera, solum 'ए remansit.

b). Ex वस् et गस् oriuntur वदे, गदे, atque ex debilioribus व et म fiunt debiliores ac in Praesente formae वदि, गदि\*\*); in Imperativo, quia in prima Persona fortissimas amat terminationes (v. l. 313.); ex आव, आम oriuntur आवदे, आमदे, ita ut in prima pers. Dualis et Pluralis *Atmanépadé* tres vocalis finalis habeamus gradus: 'इ, ए et ऐ.

c). In secunda et tertia persona Dualis characteribus घृ et तृ anteponitur आ, et terminatio quoque plerumque augetur, cf. आघे, आते cum घत्, तत्; आयाम्, आताम् cum तम्, ताम्.

X d) Tertiae personae characteri तृ, in fine posito, additur 'अ, unde तृ ex तृ, अन्त' ex अन्त, sicut priori linguae aetate haec persona in *Parasmaipado* sonare debuit, antequam euphoniae lex 57. praevaluit, qua ultima duarum consonantium finalium abjicitur (cf. r. 218.). Ita apud Graecos ex τ et υτ, quo primitive tertia persona sing. et plur. Temporum historicorum finire debuit,\*\*\*) oritur το: et

\* ) Respice doricum *εσσι*.

\*\* ) In Graeco *μει* difficile sanscritum गदि recognoscitur. Si tamen conferimus Graecorum Neutra pl. in α cum Sanscritis in इ, atque Imperativi terminationem *σι* cum Sanscrita *दि* pro *दि* (v. l. 101.), ad conjecturam inducitur, terminationes *दि*, गदि primitivè soavisse *दि*, गदि vel वृ, गृ, nisi potius statuendum est, Graecos pronunciaré *μει*, quia mediam aspirationem puram i. e. *h* perdiderunt.

\*\*\* ) In conservato linguae statu τ in fine vocabuli nusquam retinetur.

vro Secunda persona sing, si eundem sequeretur analogiam, ex च् formaret च्, sicut Graeci ex *εἰδὺς* formant *εἰδῖσσι*, terminatio घच् autem alia nititur ratione, duas enim secundae personae terminatio nes conjungere videtur, घ (v Praet redupl), producta vocali, et च्. Ita secundum r 266 in Genitivis तस्याच्, अस्याच् etc duae Genitivi flexiones sunt conjunctae, atque in graeca terminatione *μν* character primae personae bis videtur contentus \*)

1 c) *Atmanpadi* Praeteritum reduplicatum, tertia persona plur excepta, eisdem ac Praesens habet flexiones, atque ex terminationibus ए (pro मे), से, ते, वरे etc perditis vel temporum cursu transformatas *Parasmpadi* formis मि, सि, ति, वच् etc colligere possumus

302 Sicut in graeca ita quoque in sanscrita lingua duae Tem porum classes statui possunt, terminationibus personalibus distinctae\*\*), una cum plenioribus, altera cum obtusioribus terminationibus Ad priorem, aequae ac in graeca lingua, pertinent Praesens, Futurum et Praeteritum reduplicatum (v r 301 c) Opposit haec classis termi nationibus अन्, न्, त् व, म्, अन् (ex अन्त्) pleniores formas मि, सि, ति, वच्, मच्, अन्ति In Duali secunda et tertia persona, aspi ratione quidem distinctae, eandem habent terminationem, cf घच्, तच् cum graeco *τεν τον*, ut videtur ex *τες, τος*, sicut *μεν e μες* In secundae classis temporibus hae duae personae non pronominali caractere sed vocalis quantitate tantum distinguuntur, cf तम्, ताम् cum graeco *τον, την* vel *τον, των* in Imperativo Ad hanc secundam classem pertinent 1 ambo Praeterita augmentata, graeco Imperfecto, Aoristo et Plusquamperfecto (v r 121) respondentia, 2 Potentialis et Precativus, qui cum graeco Optativo Praesentis et Aoristi conve

1 \*) *μν* pro *μνμ* ex euphoniae lege, qua *μ* in fine vocum ubique in *ν* transit.

1 \*\*) Vid BUTTMANN „*Ausführliche Grammatik*“ p 317



niunt; 3. Conditionalis. Imperativus in Singulâri magis ad primam classem se inclinât, in Duali et Plurali tamen secundae classis terminationes habet.

### SPECIALIUM TEMPORUM FORMATIO.

303. Decem radicum classes, quae, respectu specialium temporum, r. 297. statuuntur, apte in quattuor redigi possunt conjugationes. Ad primam referimus classes, quae  $\text{अ}$  vocalem addunt vel syllabas hae vocali terminatas, scilicet 1. 4. 6. et 10. Ad secundam referimus eas, quae, sine intermedia syllaba, terminationes proxime cum radice conjungunt, generalium euphoniae legum ratione habita, videlicet 2. 3. et 7. Tertia conjugatio comprehendit classes, quae  $\text{न्}$  vel  $\text{त्}$  addunt, i. e. 5. et 8. Quarta ex sola nona classi consistit, quae  $\text{नी}$ , atque in auctis formis  $\text{ना}$  addit.

304.  $\text{अ}$  primae conjugationis ante primae personae characterem  $\text{न्}$  et  $\text{त्}$  producitur, atque cum  $\text{आ}$  secundae et tertiae personae dualis *Atmanêpadi* anomalum in modum in  $\text{ए}$  transit (cf. r. 157.); ante reliquas a vocali incipientes terminationes,  $\text{इ}$  primae personae *Atm.* excepto, abjicitur (v. r. 47.); e. c.  $\text{तद्}$  (cl. 6.) format in prima persona utriusque Vocis Praesentis:  $\text{तुदामि}$ ,  $\text{तुदावस्}$ ,  $\text{तुदामस्}$ ,  $\text{तुदे}$  (non  $\text{तुदि}$ , ex  $\text{तुद} + \text{ए}$ ), in secunda et tertia du. *Atm.*  $\text{तुदेथे}$ ,  $\text{तुदेते}$  ex  $\text{तुद} + \text{आथे}$ ,  $\text{आते}$ ; in prima pers. Praet. augm. 1.  $\text{तुदे}$  non  $\text{तुदि}$ , ex  $\text{तुद} + \text{इ}$ .

305. Quarta conjugatio vocalem  $\text{ई}$  adjectae syllabae  $\text{नी}$  ante omnes vocales terminationum abjicit, inde in Praesente  $\text{युनन्ति}$ ,  $\text{युने}$ ,  $\text{युनाथे}$ ,  $\text{युनाते}$  pro  $\text{युन्यन्ति}$ ,  $\text{युन्ये}$  etc. (v. Tab. ad r. 324.).

306. Secunda, tertia et quarta conjugatio in tertia personâ pl. *Atmanêpadi*, nasalem, qua pluralis numerus indicatur, abjiciunt, inde  $\text{द्विपते}$ ,  $\text{द्विपताम्}$ ,  $\text{अद्विपत}$  pro  $\text{द्विपन्ते}$ ,  $\text{द्विपन्ताम्}$ ,  $\text{अद्विपन्त}$ ;  $\text{चिन्वते}$

प्रो चिन्वन्ते etc (v Trib ad r 324) Saepe tamen scriptores contra hanc regulam nasalem retinent

307 Radices tertiae classis et vire, quae reduplicativam habent syllabam (v r 108), etiam in *Parasmaipado* nasalem tertiae personae pl ejiunt, e c द्राग्रन्ति १ *giant* a द्राग्ल cl 2, विभ्रन्ति *ferunt* १ व्ल cl 3, non द्राग्रन्ति, विभ्रन्ति

308 a) Secunda, tertia et quarta conjugatio, quod ad radicem vel intermediam syllabam attinet, oppositionem ostendunt inter auctas et puras formas, quae inversa ratione terminationum nuntur, ita ut ante leves terminationes (v r 300<sup>n</sup>) formae auctae, ante graves formae purae vel primitivae locum habeant. Secunda et tertia classis Gunaee incremento augent radicalem syllabam, quinta et octava intermedias syllabas न् et ट्. Septima classis radicem auget, eo quod inserta nasalis littera in syllabam न् extenditur. Noni classis intermediam syllabam न्त्वि in न्त्वा immutat, ex quo colligimus, आा vocalem majoris esse ponderis ac इ (cf r 370) — In Optativo terminationum pondus in radicem vel intermediam syllabam interposita syllaba या infringitur, atque ubique pura ponitur forma. Imperativus propriam, ex terminationum pondere non pendentem sequitur legem (v r 313 et 314) qui prima persona in tribus utraeque Vocis numeris auctam formam, atque secunda pers sing *Parasmaipadi* puram loco auctae sumit formam

b) Auctae formae sunt igitur 1 Singularis Praesentis et Praeteriti augm primi, 2 prima persona Imperativi trium numerorum utraeque activae Vocis 3 tertia persona sing Imperativi *Parasmaipadi*. Purae sunt omnes reliquae specierum temporum formae

#### PRAESENS

309 Praesens sine ullo Temporis indicandi caractere generalis tantum euphoniae et specialium temporum sequitur leges, e c a

बुध् cl. 1. वनित वोधामि, वोधसि, वोधति, वोधवस् etc. (v. r. 297. et 304.). Integram Praesentis conjugationem decem classium vid. in Tab. ad r. 324.

### POTENTIALIS.

310. Hujus Modi, qui cum graeco Optativo convenit, character est  $\ddot{\text{r}}$  vocalis, quae in prima conjugatione, quae graecae conjugationi  $\text{in } \omega$  respondet, cum antecedente  $\text{अ}$  in  $\text{ए}$  coalescit diphthongum, cum qua personarum terminationes proxime junguntur; cf. in Tab. ad r. 324. तुदेस्, तुदेत्, तुदेतम्, तुदेताम्, तुदेम, तुदेत ex तुद + ईस् etc. a rad. तुद vexare cum respondentibus graecis personis, λέγεις\*, λέγει(τ), λέγειτον, λεγοίτην, λέγομεν, λέγειτε. — Ante terminationes a vocali incipientes  $\text{य}$  euphonicum inseritur (cf. r. 265. et 271.), inde तुदेयम् ex तुदे + अम्, तुदेयस् ex तुदे + उस्; in *Atmānēpado* तुदेय, तुदेयायाम्, तुदेयाताम् ex तुदे + अ etc.

311. Posteriores tres conjugationes, quae graecae conjugationi in  $\mu$  respondent, characteri  $\ddot{\text{r}}$  addunt longam vocalem  $\text{आ}$  sicut Graeci addunt  $\eta$ . Haec autem vocalis ante fortiores *Atmānēpadi* terminationes in utraque lingua abjicitur, ita ut Modi character  $\ddot{\text{r}}$ , qui ante  $\text{आ}$  in  $\text{य}$  transit, ad primitivam suam formam  $\ddot{\text{r}}$  redire possit,\*\*)

\*) e radice  $\lambda\epsilon\gamma$  et auxiliari vocali  $\text{o}$  (quae una cum  $\text{e}$  sanscrito  $\text{य}$  respondet) et modi characterē  $\text{i}$  et personae signo  $\text{e}$ . Cf. etiam Latinum conjunctivum *amem, ames, amet, amemus, ametis*, cuius  $\text{e}$  in analogia cum sanscrito  $\text{ए}$  ex  $\text{a}$  et  $\text{i}$  coalitum explicari (*Conjugation-System* S. 92.) *amem* ex *ama-t-im*. Graecorum prima persona primitive  $\lambda\epsilon\gamma\omicron\iota\upsilon$  (ex  $\lambda\epsilon\gamma\omicron\iota\upsilon$ ) sonare debuit, quod ex derivato  $\lambda\epsilon\gamma\omicron\iota\upsilon\omega\upsilon$  (non  $\lambda\epsilon\gamma\omicron\iota\mu\alpha\iota$ ) atque ex reliquis Activi personis colligere possumus.  $\lambda\epsilon\gamma\omicron\iota\upsilon$  etiam magis quam  $\lambda\epsilon\gamma\omicron\iota\mu\iota$  cum  $\text{पुदेयम्}$  et *amem* conveniret.

\*\*\*) Inde colligo, vocalem  $\text{i}$  longam, non brevem, Potentialis esse characterem, quod ex prima conjugatione atque ex *Paratmānēpado* reliquarum conjugationum non intelligi potest; nam  $\text{पुदे}$  ex  $\text{पुद} + \text{र}$ ,  $\text{दिया}$  ex  $\text{दिवि} + \text{या}$  quoque explicari possunt. Grammatici

cu, sicut diphthongo ए in r. 310., ante vocales, euphonicum ण additur. I. e. a द्विप् cl. 2. *odisse* venit द्विषाम्, द्विषाम्, द्विषाम् (e द्विपो + आम् etc.), in *Atmanipado* द्विषीय (ex द्विपो + य), द्विषीयाम्, द्विषीय (cf. *didzir*, *didzirs*, *didzir*(z), *didzir-e*).

312. Ante tertie pers. pl. *Par.* terminationem ङ्गु voculis आ abjicitur (v. r. 47.), inde द्विषाम् e द्विषा + ङ्गु. *Integram* Potentialis conjugationem vid. in Tab. ad r. 324.

## IMPERATIVUS

313. *Imperativus sine Modi indicandi charactero fere solum* terminationibus personalibus a Praesente Indicativi distinguitur. Prima persona tam in radice quam in terminationibus productissimam ostendit formam\*), ut symbolice quasi deliberationem vel moram indicet, qui nobismet ipsis aliquid praescribimus. Ita ut hanc ob rem aequilibrī lex 300<sup>o</sup>. infringatur, atque in tribus posterioribus conjugationibus aucta forma ante terminationes graves ponatur; e. c. देयाधि (v. r. 91<sup>o</sup>.), देयाञ्च, देयान्, देयि, देयाञ्चि, देयान्चि

314. *Secundae personae sing. Par. in tribus posterioribus conjugationibus puram habet formam, aut quia षि terminatio primitiva propter aspiratum litteram ad graves refertur terminationes* (cf. नि et ण et respice Graecum *διδ-εις, διδ-εις* in oppositione cum *διδ-ε, δι-δ-ε*) aut propter festinationem, qua alii aliquid imperamus (cf. *Hebraicum* *קח* ktol).

indici et Angli omnino negant generalem Potentialis formandi rationem statuere, quae prima et reliquae conjugationes, vel harum *Atmanipadam* et *Parasamajadam* inter se conveniant. Non magis litterae ण in formis sicut द्विषाम्, द्विषीय etc. rationem reddant.

\*) Cf. terminationes आञ्चि, आञ्च, आञ्च cum आञ्च, आ, आ. atque in *Atmanipado* षि, आञ्चि, आञ्चि, cum आ, आञ्चि, आञ्चि

315. Primitiva secundae personae terminatio धि post consonantes solum conservata est, e. c. युद्धि जुगे, a युद् cl. 7. Post vocales aut tota terminatio evanuit aut धि eo corruptum est, quod ध् littera aspirationem tantum retinuit. Prius locum habet post अ vocalem (i. e. in prima conjugatione) e. c. तद् (cf. λέγε), alterum post alias vocales quam अ; ita tamen, ut post उ vocalem terminatio हि ibi tantum retineatur, ubi duae huic vocali consonantes antecedunt; dicitur igitur in tertia conjugatione आद्भिः adipiscere ab आप् cl. 5., sed contra चिन् collige a चि cl. 5., तन् extendere a तन् cl. 8. (cf. graecum δεινν cum primitiva forma δειννσι).

316. Quae in consonantem desinunt nonae classis radices, in secunda persona Imperativi pro नीहि (नी + हि) ponunt आन, cf. अशान ede a rad. अष् cum युनीहि lga a यु (v. Tab. ad r. 324.).

ANNOT. Imperativi formae in आन proprie ad primam pertinent conjugationem, atque verba extitisse indicant, cum आन syllaba intermedia, quae tamen, sicut उ octavae classis, cum antecedente consonante tantum conjungebatur. Ex Imperativo अशान Praeseus अशानामि, अशानसि etc. colligi potest.

#### PRÆTERITUM AUGMENTATUM PRIMUM VEL UNIFORME.

317. Radici anteponitur augmentum अ, quod idem esse censeo ac अ privativum\*) (v. r. 114.) ita ut ad praeteritum tempus indicandum, actio, praesentis temporis respectu, negetur.

\*) quod eo non refutatur quod अ privativum ante vocales न् euphonicum addit, atque in Graeco a sonat, augmentum अ autem cum sequente vocali coalescit atque in Graeco in ए transit. Non raro enim in linguis diversae voces ab una eademque voce primitivae linguae descendunt, cf. Gallorum chef et chapitre a caput, charte et carte a carta. Quod ad inserendam nasalem litteram attinet, cf. शुचित् e शुचि m. n. + या cum शुच्वा e शुचि f. + या (v. r. 125.)

318. Cum vocalibus इ, उ et ऋ, earumque longis, Augmentum अ eodem ordine transit in ऐ, औ, आरु pro ए, ओ et अरु (v. 1.36.); e. c. औक्षम् *conspersi* ex अ + उक्षम्.

319. In constructione cum prohibitiva particula मा (cf. म्), vel मा स्म, Praeterita augm. 1. et 2. imperativam assumunt significationem atque plerumque augmentum abjiciunt, nonnunquam tamen retinent.

320. Quae in consonantem vel ऋ vocalem, quae *Gunā* in अरु transit, desinunt radices secundae conjugationis, ex euphoniae lege 57. characteres secundae et tertiae personae sing. *Parasmaipadi* perdunt, e. c. अरु *occidisti*, *occidit* pro अरुम् (r. 15.) अरन्त, a एन् cl. 2.; अरुनक्ष *junxisti*, *junxit* pro अरुनक्षम्, अरुनक्षत् a यन् cl. 7.; अरुभिर् *tulisti*, *tulit* pro अरुभिर्स्, अरुभिर्त् a भ् cl. 3.

321. Quae in त्, थ्, द् vel ध् desinunt radices secundae conjugationis in secunda persona loco characteris स् radicalem litteram finalem abjicere et स् retinere possunt, e. c. अरुवेस् vel अरुवेत् *scivisti*, a विद् cl. 2.; अरुषात् vel अरुषात् *opposuisti*, a रुध् cl. 7. Quod ad tertiam personam attinet, apud has similesque radices pro certo non definiri potest, utrum त् littera, in formis sicut अरुवेत् *scivit*, अरुषात् *opposuit*, euphonica sit transformatio litterarum द् et ध् (v. r. 56. b.), an signum sit personale, ante quod, sicut in secunda persona, radicalis consonans evanuerit.

322. Quae in स् desinunt radices secundae conjugationis, hanc litteram in tertia pers. sing. *Par.* anomalum in modum in त् immutant, quod fortasse eo explicandum est, quod स् radicale ante personale signum त् abjiciatur; e. c. अरुसत् *dormivit* a सस् cl. 2. In secunda persona, स् item in त् transire, vel retineri potest; e. c. अरुसत् vel अरुसत् *dormivisti*.\*)

\* Utraque forma fortasse ex अरुसत् orta est, eo quod priori linguae aetate ante perso

323. Radices tertiae classis, et eae secundae classis, quae reduplicativam habent syllabam (r. r. 108.), in tertia persona pl. *Parasmaipadi* pro अन् addunt उन् terminationem, ante quam इ vocalis *Gunae* incremento instruitur,\*) e. c. अचधास्तुन् a चकाम् cl. 2. *splendere*, अत्तु-त्तुन् a त्तुन् cl. 3. *festinare*, अदिभरुन् a भि *ferre*.

324. In prima persona sing. *Parasmaipadi* praeter auctam formam etiam pura saepissime adhibetur,\*\*) quod eo explicandum est, quod अम् majoris ponderis est terminatio ac स् et त् secundae et tertiae personae.

Sequens tabula conspectum praebet conjugationis specialium temporum secundum classium diversitatem. Primae conjugationis paradigmata sunt ह्य् cl. 1. *intelligere*, अच् cl. 4. *purum esse*, तुद् cl. 6. *rexare*, च्द् cl. 10. *furari*; secundae conjugationis: द्विप् cl. 2. *odisse*, भ् cl. 3. *ferre*, य्द् cl. 7. *jungere*; tertiae conjugationis: चि cl. 5. *colligere*, तन् cl. 8. *extendere*; quartae conjugationis: य् cl. 9. *ligare*.

325. Antequam transeamus ad generalia tempora, in quibus classium discrimina evanescent, diversae specialium temporum conjugationes et classes seorsum tractare juvat, ad anomalias exponendas, quibus plura verba a regulis hucusque praescriptis recedunt. In universum autem anomaliae et in specialibus et in generalibus temporibus, praecipue eo consistunt, quod syllabae य, र et घ, ab-

nile signum इ् casale ad analogiam r. 100. a. in इ् transierit, posteriori autem linguae aetate conjunctarum consonantium इत् aut prior aut posterior ut suppressa.

\*) Videtur इत् terminatio levioris esse ponderis ac घत्, tam quia cum reduplicatis conjungitur radicalis, quam quia *Gunam* admittit.

\*\*\*) Plura hujus generis exempla inveniuntur in Mahi-Bihari libro *Ardechunt red-  
ca* quoniam cum episodio de *Dilectio* editi. ut अत्तुत्तुन् (ex अत्तुत्तुन्, subjecto इत् ex lege 101,  
4. अत्) V. 21. et X. 21., अत्तुत्तुन् X. 20., अत्तुत्तुन् X. 22. Omnes quos contuli radices bis  
lectionibus inter se continent.

ca *ATMANĒPADUM.*pr  
cu

रुस	Dualis			Pluralis		
	2.	3.	1.	2.	3.	
foi						
est	वोवहि अवोधेयाम्	अवोधेताम्	अवोधामहि	अवोधध्वम्	अवोधन्त	
et	आवहि अग्रुच्येयाम्	अग्रुच्येताम्	अग्रुच्यामहि	अग्रुच्यध्वम्	अग्रुच्यन्त	
po	वोवहि अतुदेश्याम्	अतुदेश्याम्	अतुदामहि	अतुदध्वम्	अतुदन्त	
di	व्यावहि अचोरयेयाम्	अचोरयेताम्	अचोरयामहि	अचार्यध्वम्	अचोरयन्त	
ves						
भु						
lige	वहि अद्विपायाम्	अद्विपाताम्	अद्विष्महि	अद्विष्मध्वम्	अद्विष्मन्त	
	भवहि अविभ्रायाम्	अविभ्राताम्	अविभ्रमहि	अविभ्रध्वम्	अविभ्रन्त	
clat	वहि अयुज्जायाम्	अयुज्जाताम्	अयुज्जमहि	अयुज्जध्वम्	अयुज्जन्त	
jug.						
qui						
uni	वहि अचिन्वायाम्	अचिन्वाताम्	अचिनुमहि	अचिनुध्वम्	अचिन्वन्त	
tem	वहि अतन्वायाम्	अतन्वाताम्	अतनुमहि	अतनुध्वम्	अतन्वन्त	
nale						
aetat	वोवहि अयुनायाम्	अयुनाताम्	अयुनोमहि	अयुनोध्वम्	अयुन्त	
jugi						
si						
tur						
+ ४						



jecta vocali अ, semivocalem suam in respondentem vocalem brevem dissolvunt, i. e. य in इ, र in इ et क in उ, c. c. radix व्यध् ejecta vocali अ corripitur in विध्, प्रइ in पइ, वम् in उम्. Hujusmodi correptiones autem in us tantum classibus et personis, quae puram formam exhibent (vid. r. 297 et 308.) locum habent, in formis auctis vero non admittuntur, c. c. वश्मि, non उश्मि, du. उश्वस्, pl. उश्मस्.

CONJUGATIO PRIMA

CLASSIS PRIMA.

326. Primae classis radices intermediam vocalem अ addunt (r. r. 304) atque a sexta classis, quae item अ sumit additamentum, *Gunae* incremento distinguuntur. Radices, quae ex lege 34<sup>o</sup>. *Gunam* non admittunt, veluti पत्, व्यय्, क्रीड्, शोव्, भिज्, fere omnes a Grammaticis inter primam classem referuntur,\* eademque permagnum comprehendit numerum, circiter mille, quod prope omnium radicum est dimidium. Vocales, quae in fine radicum hujus classis inveniuntur, sunt इ, ई, उ, ऊ, ऋ, ॠ, ए et ऐ, sex priores simplices vocales, tam breves quam longae, *Guni* transeunt in ए, ओ et अर्, atque ए, ऐ et ओ diphthongi ante intermediam vocalem अ dissolvuntur in अय्, आय् et अव् (r. r. 55) E c इय् a डि, नय् a नो, दय् a दे, गाय् a गी, अय् a अ, भय् a भू, उय् a उ, तय् a त, quae sicut radices in consonantem desinentes flectuntur, (vid. वीथ् a वृध् in Tab. ad r. 221 \*\*). Radix गइ *Gunae* loco vocalem radicalem product, e c गइति abscondit pro गीइति

327. आ vocalis cum intermedia vocali अ nunquam componitur, atque radices स्था stare, घ्रा odorari, धमा flare, शो meditari, पा

\* Excipiuntur solum cae, quae r 336 memorantur

\*\* De radicibus cum penultima nasali, veluti निद्, बुद्, इम् etc r r 110<sup>o</sup>.

*libere*, quae ad primam classem referuntur, in specialibus temporibus substituunt cognatas formas तिह, तिघ्र, धम्, मन्, पित्र\*). De *गारे* vid. Glossarium.

328. दृष् *videre* specialia tempora format ex पश्य, quod in generalibus temp. non usitatum est. शद् *Atm.* et सद् *perire* substituunt शीव, सीद्, atque गम् *ire* et यम् *refraennre* substituunt गह, यह; दंष् *mordere* nasalem ejicit. E. c. पश्यामि, शीये, सीदामि, गच्छामि, यच्छामि (v. r. 88.), दशामि.

## CLASSIS QUARTA.

329. Haec classis, quae circiter 130 comprehendit radices, quarum nulla in brevem vocalem desinit, intermediam syllabam य addit (v. r. 304.), ante quam radix puram retinet formam. Exempla sunt मा *Atm. metiri*, डी *Atm. volare*, सू *Atm. generare*, क्षिप् *conjicere*, कृष् *amplecti*, नत् *saltare*, quae in prima pers. Praes. formant माये, डीये, सूये, क्षिप्यामि, कृश्यामि, नत्यामि (v. Tab. ad 1. 324.).

330. ऋ finale ante य transit in ईर् (v. r. 54.), atque ओ finale abjicitur; e. c. डीयीमि *senesco* a ड, क्षामि *abscindo* a क्षे.

331<sup>a</sup>). Quae in ऋन् et इत् desinunt radices, una cum मद् *ebrium esse*, vocalem suam ante य producant, e. c. दीट्यामि *ludo* a दिव्, क्राम्यामि *incedo* a क्रम्, भ्राम्यामि *circumago* a भ्रम्, मायामि *ebrius sum*.

331<sup>b</sup>). Penultima nasalis ante य ejicitur, e. c. भ्रश्यामि *cado*,

\* Omnes hae formae vocalem च formae primitivae abjecerunt, atque तिह et तिघ्र reduplicativam continent syllabam (v. reduplicationis leges 368 2. et 4. atque euphoniae legem 80.), non tamen regulae 307. subjiciuntur. Etiam पित्र per reduplicationem ex प ortum esse videtur, ita ut पित्र (ex पिपा abjecto च) in पित्र transierit, littera च transformata in ट्, quod quidem in Sanscrito insolitum, in Prerito autem usitatissimum est (cf. विवामि cum Latina bibo). धा et षा, abjecto च, vocalem च inter conjunctas inserunt consonantes

इयामि *tingo*, a भ्रञ्, रञ्, quae solae hujusmodi radices sunt quae  
tae classis

332 मिद् *Par amari* contra hujus classis usum *Gunam* su-  
mit, e c मेयामि, मेयस्ति, मेयति — इन् *Atm nasci* finalem litteram  
ante य abijcit atque producta vocali compensat e c इयै *nascor*  
अथ *Par scire* ante य corrumpitur in विध् (v r 325), e c विध्यामि  
*finis*

CLASSIS SEXTA

333 Sexta classis, quae circiter 140 comprehendit radices, अ  
vocalem addit sicut prima classis, a qua *Gunae* absentia differt Vo-  
calis इ in fine radicum ante intermediam अ vocalem transit in इय्,  
atque उ et ऊ mutantur in उव् (v r 51), e c इयामि *eo* a रि, नृयामि  
*laudo* ण न, धवामि *agito* a ध्. Nulla hujus classis radix desi-  
nit in इ

334 ऋ in fine radicum ante intermediam vocalem transit in  
रि, cujus इ ex lege ७1 transit in इय् e c द्विये *permaneo* — ऋ tran-  
sit in इर (v r 54), e c गिरामि *degluto* a ग् radice, quae nonnun-  
quam litterae र supponit ल्, ita ut गिल्लामि, गिल्लसि etc pro गिरामि  
गिरसि dicatur

335 Plures hujus classis radices, in consonantem desinentes  
in specialibus temporibus nisalem inserunt litteram, quae organo  
finalis litterae accommodatur vel ex lege 10 *Anusvāra* necessaria ex-  
primitur Sunt मच्, लप्, विद्, लिप्, सिच्, क्त, टिद् et पिप्, e c  
मद्यामि, मद्ये *relinquo* (v r 304), कन्तामि *findo*

336 प्रङ् *interrogare* et भ्रञ् *coquere* (v r 110<sup>b</sup>) ante interne-  
diam vocalem corrumpuntur in पृञ् et भृञ् (v r 325), e c पृञ्चामि  
(v r 88), भृञ्चामि

337 इय् *desiderat* specialia tempora format ex इइ, e c इइच्चा-  
मि (v r 88)

## CLASSIS DECIMA.

338. Decima classis, quae permagnum comprehendit radicum numerum, अय addit (v. r. 297.), atque radices in consonantem desinentes *Gunam* assumunt, e. c. चौर्यागि, चौर्यसि, चौर्यति etc. a च्चुर *furari* (v. Tab. ad r. 324.).\*)

339. Quae in vocalem desinunt radices, paucae numero, *Vrid-dhim* sumunt pro *Guna* e. c. प्रो, यु, ध formant प्रायय (ex प्रै + अय), यावय (ex यौ + अय), धारय.

340. Quae अ vocalem ante simplicem consonantem habent radices, a consonante incipientes, hanc vocalem maximam partem producant, non solum in specialibus, sed etiam in generalibus temporibus, e. c. ग्रासय, in generalibus temporibus ग्रासय्, a ग्रच् *de-glutire*.

341. Radix कृत् *celebrare* vocalem क्क immutat in ईक्क formatque कीर्तय, कीर्तय्.\*\*)

342. Nonnullae radices cum media vocali क्क, *Gunam* non admittunt, ita मग्ग *quaerere*, स्पद्द *desiderare* formant मग्गय, मग्गय्, स्पद्दय, स्पद्दय्.

## CONJUGATIO SECUNDA

## CLASSIS SECUNDA.

343. Secunda classis, quae circiter 70 radices comprehendit, sine ullo additamento terminationes proxime cum radice conjungit, quam ob rem jure pro primitiva haberi potest. Formae auctae (v. r. 308.) vocalem radicalem *Gunae* incremento afficiunt, उ finale autem ante terminationes, quae a consonante incipiunt, *Vrid-dhim*

\*) De radicibus cum penultima nasalī v. r. 110\*).

\*\*) FORSTRERUS duas statuit radices, कृत् et कीर्त्.

sumit pro *Guna*. Exempla sunt hae radices, quibus secundum sing. et pl. personam apponimus: भा *splendere* भास्ति, भाय; इ *ire* एपि, रय; व्री *id.* वीपि, वीय; स्तु *laudare* स्तोपि, स्तुय; स्र *Atm. generare* गृपे, स्रध्वे; द्राग्ल *vulgare* आगर्पि\*), आगय; विद् *scire* वेत्ति, वित्थ\*\*); वच् *dicere* वक्ति, वचय\*\*\*); वच् *velle* वक्ति, उव\*\*\*\*); द्विप् *odisse* द्वेत्ति, द्विष्ट†); सन् *dormire* सस्ति, सम्य; लिङ्ग *lambere* लेत्ति, लीङ्ग††); उग्र *mulgere* धोत्ति, उग्र†††); v. Tab. ad r. 321.

344. Radix दरिद्रा *pauperem esse* (v. r. 108.) in omnibus formis puris (v. r. 308.) आ finale abjicit, ita quidem ut terminationes personarum a consonante incipientes, atque Modi potentialis syllabam या, intermedia vocali इ sibi adjungat. Flectitur igitur: Praes. दरिद्रामि, -मि, -ति, दरिद्रि-वच्, -थच्, -तच्, -मन्, -य, दरिद्रति. Potent. दरिद्रियाम् etc. Imperat. दरिद्रायि, दरिद्रिहि, दरिद्रात्, दरिद्राव, दरिद्रितम्, दरिद्रिताम्, दरिद्राम, दरिद्रित, दरिद्रत् (v. r. 307.). Praet. augm. 1. अदरिद्राम्, अदरिद्रा-च्, -त्, अदरिद्रि-व, -तम्, -ताम्, -म, -त, अदरि-इच् (v. r. 323.).

345. वा *imperare* Par. format in 3. pers. pl. Praet. augm. 1 ad arbitrium अपान् vel अपुच् (v. r. 17.).

346. इ *ut* sola hujus classis est radix, desinens in इ vocalem, quam *Parasmaipadum* contra euphon. r. 51. ante vocales terminationum in य् immutat pro इय्. Flectitur igitur: Praes. एमि, एपि, एति; इवम्, इयम्, इतम्; इमच्, इय, यन्ति. Potent. इयाम् etc. Imperat. अयानि (ex ए + आनि), इहि, इत्; अयाव (ex ए + आव), इतम्, इताम्; अयाम (ex ए + आम), इत, यन्त. Praet. augm. 1. आयाम् (ex ऐ + अम् v. r. 318.), ऐच्, ऐत्; ऐव, ऐतम्, ऐताम्; ऐम, ऐत, आयाम्. In *Atmanepado* haec radix nonnisi cum praepositione अधि conjuncta usur-

\*) v. r. 101\*). \*\*) v. r. 81. c. \*\*\*) v. r. 86. \*\*\*\*) v. r. 93. et 361. †) v. r. 90

††) v. r. 102. †††) v. r. 103.

patur atque *legere* significat. र vocalis in hac voce ante vocales regulariter in इय् transit, quod cum antecedente अधि format अधीय्, inde Praes. अधीये, अधीये (ex अधि + इये), अधीते; अधीवहे, अधीयाये, अधीयाति; अधीमहे; अधीध्वे, अधीयते. Potent. अधीयीय (v. r. 311.), अधीयीयात्, अधीयीत (v. Gloss.) etc. Imper. अधीये (ex अधि + अयि ex ए + ऐ), अधीध्व, अधीताम् etc. Praet. augm. 1. अधीयायि (ex अधि + आयि ex ऐ + इ v. r. 315.), अधीयात्, अधीयत, अधीवहि, अधीयायान् (ex अधि + ऐ + आयाम्) etc.\*

347. Quae in ई, उ et ऊ desinunt radices, has vocales, in formis puris, ex euphon. lege 51. ante vocales flexionum in इय् et उव् immutant, e. c. त्रियन्ति eunt a वी, नृवन्ति laudant a न्, वृवन्ति dicunt a वृ.

348. श्रो *Atm.* jacere, dormire contra regulam *Gunae* incremento instruitur in omnibus specialium temporum personis; c. c. श्रये, (ex श्रो + ए), श्रये, श्रये (cf. क्श्रु), श्रवहे etc. Praeterea hanc habet anomaliam, quod in tertia pers. Praes. Imp. et Praet. augm. 1. र inseritur inter radicem et regularem terminationem, ad analogiam Potentialis, ubi र्न् regularis est terminatio; dicitur igitur श्रोते *jacet*, श्रोताम् *jacento*, अश्रोत *jucebant*, *jacuerunt*.

349. Radix reduplicata दीधी *Atm.* splendere quia plures continet syllabas, finale ई ante vocales in solum य्, non in इय् immutat, e. c. दिध्यते *splendent*. In Potentiali ई radicale cum ई caractere contra r. 50<sup>o</sup>. coalescit, e. c. दीधीय, दीधीवहि, दीधीमहि. In Imperat.

\*) WILKINSON in hujus aliorumque verborum flexione saepissime ab euphoniae et generalibus conjugationis regulis aberrat, formatque e. c. एति pro एयि; वानि, वात्, वाम pro वयानि, वयात्, वयाम (v. r. 313.), in Praes. *Atm.* 1. p. एये pro अधीये, in Imper. एये pro अधीये, in Praet. augm. 1. एये pro अधीयायि.

prima pers trium numerorum contra r 313 *Gunam* omittit, inde दीध्यै, दीध्यात्रै, दीध्यामरे pro दीध्यै etc

350 Radices नृ, स्तृ *laudare* et ण् sonare in us formis auctis, quarum terminatio a voculi incipit, intermediam vocalem इ inserere possunt, quo facto, propter hoc incrementum vocalis radicalis non *Priddhum* accipit, sed levioiem *Gunam*, e c a नृ venit Praes नीमि, नीपि, नीति vel नवीमि, नवीपि, नवीति Imper नीत्, vel नवीत् Praet अनीत्, अनीत्, vel अनवीत्, अनवीत्

351 Radix polysyllaba ऊण *legere* quae ex lege 52 उ finale ante vocales in उक् immutat, in us formis auctis, quarum terminatio a consonante incipit, aut ex lege 343 vocalem finalem in ejus *Priddhum*, ut, propter fortioiem suam formam, in levioiem *Gunam* immutare potest, e c ऊणीमि vel ऊणामि

352 Radix ब्रू *Pat Atm*, in specialibus temp solum usitata, in us auctis formis, quarum terminatio a consonante incipit, inter mediam vocalem इ inserit, ante quam इ vocalis non *Priddhum* sed *Gunam* sumit (cf r 350) e c ब्रवीमि, ब्रवीपि, ब्रवीति, ब्रूवत्, ब्रूयत् etc In Imperativo praeter puram regulā 314 praescriptam formam ब्रूहि invenitur etiam aucta forma ब्रवीहि (*Ardschuni reditus* III 12), sed contra, neglecta regula 308 6 in 1 pers Praes loco auctae formae ब्रवीमि usurpatur quoque ब्रमि (Ram ed SCHLEG Lib 2 XIX 4) In prima pers Praet augm 1 saepissime puram formam अब्रवम्, nunquam auctam अब्रवम् (ex अब्रो + अब्) inventi, de qua re vid r 324

ANNOT Formas obsoletas ब्रवीहि et ब्रमि nonnisi ex metri necessitate usurpatas esse ceaseo eandem ob causam d c tur etiam कृमि pro करोमि et दमि pro ददामि (Ram ed SCHLEG Lib 2 XII 33 Lib 1 XXIX. 15)

353 जाण् *Pat vigilare*, quae sola hujus classis radix est in ऋ destiuens, qua reduplicatam continet syllabam, regulis 307 et 323

est subjecta. Radices vocali ऋ vel diphthongo terminatae in hac classe non inveniuntur.

354. Radices हृद् *stare*, स्वप् *dormire*, अन्, अच् *respirare* et अच् *edere* intermediam vocalem इ inserunt inter radicem et personarum terminationes a consonante incipientes. In Praeterito augm. 1. terminationes sing. सृ et तृ, quae ex r. 320. supprimendae essent, ad arbitrium aut अ aut इ interposito cum radice conjunguntur. Potentialis a generali regula non recedit. L. c. a हृद् venit Praesens: रोदिमि, रोदिपि, रोदिति; हृदिवच्, हृदियच्, हृदितस्; हृदिमन्, हृदिष, हृदन्ति<sup>\*)</sup>. Potent. हृद्याम् etc. Imperativus: रोदानि, हृदिषि, रोदितु; रोदाव, हृदितान्, हृदिताम्; रोदान, हृदित, हृदन्त. Praet. augm. 1. अरोदम्, अरोदन् vel अरोदीम्, अरोदत् vel अरोदीत्; अहृदिव, अहृदितान्, अहृदिताम्; अहृदिम, अहृदित, अहृदन्. Eandem conjugationis normam sequuntur स्वप्, अन् et अच्. Radix अच् autem praeterea regulis reduplicatarum radicum 307. et 323. subjecta est; format igitur दाक्षति *edunt*, दाक्षन् *edunto*, अदाक्षन् *ederunt*.

ANOT. Radicem अच् explicandam esse puto ex घञ् ejusdem significationis, reduplicativā syllabā दा (r. r. 368. 2.) et ejecta vocali अ, quam ob rem घृ littera cum म् composita in दा transit (r. r. 83. c.), quo fit, ut सृ ad analogiam legis 101<sup>o</sup>. transeat in घृ. Radix घञ् eandem transformationem subit in puris formis Praet. reduplicativi e. c. दाक्षिन् *edonus* pro दाघनिम्

355. अहृद् *Par. edere* in Praet. augm. 1. personarum signa non abiecit (r. r. 320.), sed interposita vocali अ sibi adjungit; inde अरोदन्, अरोदत्.

356. अिद् *Par. scire* in Praesente usurpare potest terminationes Praeteriti reduplicativi, ita ut conjugetur: Sing. अिद्, अिस्य, अिद; Du. अिद, अिद्वन्, अिदतन्; Plur. अिन्, अिद, अिदन्<sup>\*\*)</sup>; vel regula-

<sup>\*)</sup> Cf. latinam tertiam conjugationem *leg-ī-ti, leg-ī-ti, leg-ī-tur, leg-ī-tis, leg-ī-tis*.

<sup>\*\*)</sup> Cf. graecam *αἶσα* et Gothicum, Sing. *isat, valis, vai*. Du. 1. *isat, 2. isat, Plur. isat, isat, isat*.



nier वेभि, वेत्सि etc. Imperativus aut regulariter format द्येदामि, दिदि, वेत् etc., aut circumscribitur, ita ut दिदाम्, qui est Accusativus sing. abstracti substantivi, cum Imperativo radice कृ *facere* construatur (cf. r. 457.), veluti दिदाम् कृत् *sic actionem sciendi*. Potentialis est दिद्याम् etc. Praet. augm. 1. अद्येदम्, अद्येत, vel अद्येत् (s. r. 321.), अद्येत; अदिह etc.

357. एन् Par. *occidere* in us formis puris, quarum terminatio a vocali incipit, अ radice eicit et इ litteram in इ transformat atque in secunda pers. Imperativi, ad evitandis durs gutturales, format अदि pro अदि\*) (cf. r. 368 2.). Ceterum est regulare; inde Praes एन्मि, एन्सि (s. r. 16.), एन्सि; एन्वन्, एवन्\*), एतम्\*), एन्गन्, एव\*), एन्सि. Potent. एन्वाम् etc. Imperat. एन्मि, अदि, एन्त्, एनाथ, एतम्\*), एताम्\*), एनाम, एत\*), एन्त्. Praet. अएन्न् vel अएन्न् (vid. r. 324), अएन्, अएन् (s. r. 320.), अएन्व, अएतम्\*), अएताम्\*), अएन्म, अएन्त्.

358. Radix च्च caret tertia persona pl. Praesentis et Imperativi, in universum haec radix in specialibus temporibus rarissime est in usu atque apud scriptores nusquam a me deprehensa. Nam च्च (vid. r. 352.) et च्च vicissim ita sese compensant, ut prius in specialibus temporibus et participio Praes posterius in generalibus temporibus, participio Praet., Infinitivo et Gerundio frequentissime inveniantur.\*\*)

359. म्न् Par. *purificare* in formis auctis utitur *Vridhi* loco *Guna*, atque sic auctam formam ad arbitrium etiam ad tertiam pers. pl. Praes Imper. et Praet augm 1. extendit, inde नाशन्ति,

\*) v. r. 92 b

\*\*) WILKINSON format contra r. 63 a in prima pers. च्चिन्, च्चाम्, च्चाम्. च्चन्, च्चन्, ubi FORSTER format, ut regula jubet, च्चन् च्चत् etc

माङ्गन्ति, अमाङ्गन्ति vel मङ्गन्ति etc. Littera ङ finalis sequitur *r. 89. b.*; e. c. माङ्गि purificat. Secunda et tertia pers. sing. Praet. augm. 1. sonant अमाङ्गि pro अमाङ्गि ex cuph. lege 59. (v. etiam *r. 320.* et annot. ad *r. 57.*).

360. Radices ईङ् *Atm. laudare* et ईञ् *Atm. dominari* inserunt intermediam vocalem इ inter radicem et secundae pers. terminationes से, घ, ध्वे, ध्वन् (cf. *r. 354.*); inde Praes. ईङिपे, ईङिध्वे, ईशिपे, ईशिध्वे. Imper. ईङिघ, ईङिध्वम्, ईशिघ, ईशिध्वम्. Praet. augm. 1. ऐङिध्वम्, ऐशिध्वम् (*r. r. 318.*). Secundum WILKINSIUM pro ऐङिध्वम्, ऐशिध्वम् etiam sine इ interposito dici potest ऐङ्गम्, tam ab ईङ् quam ab ईञ् ex euphoniae legibus 91. et 98. c. quarum ratio quoque habenda est in reliquis ab intermedia vocali इ vacuis personis.

361. वञ् *Par. velle* in puris formis (*r. r. 308.*) corripitur in उञ्, e. c. primae pers. Praes. वशिम्, उद्यस्, उद्यम्; Potent. उद्य्याम्, उद्य्याव, उद्य्याम्. Imper. वशानि, वशात्र, वशाम (*r. r. 308. b.*); Praet. augm. 1. अवशम्, औद्य (ex अ + उद्य ex lege 315.), औद्यम्. Secundam pers. sing. Imperat. FORSTERUS facit उद्गि (*r. r. 98. c.*), WILKINSIUS उगि ad analogiam formae लोगि pro लिङ्गि (vid. *r. 102. a.* et annot.).

362. चञ् *Atm. dicere* ante consonantes terminationum, च् et ञ exceptis (*r. r. 83. a.*), penultimam pro ultima littera abjicit (cf. *r. 84.*) inde Praes. 1. प. चदो, 2. चले (e चप् + से *r. r. 99.*), 3. चटे; Dul. 1. प. चच्चन् etc.

363. शाञ् *Par. regere* in iis formis puris (*r. r. 308.*), quarum terminatio a त् vel च् incipit, आ vocalem in इ immutat, cujus vi euphonica न् finale in व् transformatur (cf. *r. 101. a.*), quo efficiatur अत् त् et च् in lingualem ordinem transeant (*r. r. 91.*). Praeterea in tertia pers. pl. शाञ् sequitur normam radicum reduplicatarum in *r. 307.* et 323. expositam. Conjugatur igitur: Praes. शाञ्मि, शाञ्स्ति, शाञ्स्ति;

शास्त्रन्, शिष्टम्, शिष्टन्; शान्मन्, शिष्ट, शान्ति. Potent. शान्मान् etc.  
Imper. शान्मानि, शान्ति vel शान्धि (v. r. 100. a.), शान्तः; शान्मात्र, शिष्टम्,  
शिष्टाम्; शान्मान, शिष्ट, शान्तम्. Pract. augm. 1. अशान्न्, अशात् vel  
अशान् (v. r. 322.), अशात्; अशान्त्र, अशिष्टम्, अशिष्टान्; अशान्न, अशिष्ट.  
अशान्त्रन्.

361. Radices यन्, निन्, निष्न्, शिष्न् vulgo scribuntur sine  
nasali यन् etc. (v. r. 110<sup>a</sup>).

365. Radix अन् esse in formis puris (v. r. 308.) vocalem अ  
abjicit; excipiuntur solum Pract. augm. 1. ubi अ radicale cum aug-  
mento अ in आ coalitum ubique retinetur, deinde secunda pers.  
sing. Imper. que sonat वृधि, quod fortasse vi assimilationis ultimae  
इ vocalis ortum est ex अधि vel आधि pro मदि, ut लोडि pro निडिडि  
(v. annot. ad r. 102.), cf. देदि, घेदि in r. 371. In secunda pers.  
Praes. dicitur अग्नि pro अग्नि (cf. doricum *ισσι*) atque characteres  
म् et त् Praeteriti augm. 1. intermedia vocali इ cum radice conjun-  
guntur (cf. r. 351.). Integra *Parasmaipadi* conjugatio est:

PRÆSENS.

Sing	Dual	Plur.
1. अस्मि	स्वम्	स्वन्
2. असि	स्यम्	स्य
3. अस्ति	स्तम्	न्ति

IMPERATIVUS.

Sing	Dual	Plur.
अन्नानि	अनात्र	अन्नाम
वृधि	वृताम्	वृता
अन्त	न्तान्	न्त

POTENTIALIS.

1. स्याम्	स्याव	स्यान्
2. स्यात्	स्याताम्	स्यात
3. स्यात्	स्याताम्	स्युन्

PRÆTÉRITUM.

अगन्	अन्त्र	अग्न
अगोन्	अन्तान्	अन्त
अगोत्	अन्तान्	अस्तन्

366. In *Atmanepado*, quod nonnisi cum praepositionibus व्यानि  
(व्यि + अति v. r. 111.) conjunctum invenitur, item अ vocalis in formis

puris, Praeterito augm. 1. excepto, abjicitur atque सू sibilans ex euphoniae lege 80. in प् immutatur, Praeterea ante secundae personae terminationes से et स्व etiam सू radicale abjicitur (cf. असि) ita ut sola terminatio remaneat. In prima pers. sing. Praes. सू radicale anomalum in modum transit in ह्. Flectitur igitur: Praes. व्यति-हे, -ये, -ष्टे; -घहे, -पाये, -पाते; -ष्महे, -ङ्गे vel -ध्वे, -पते. Potent. व्यति-पीय etc. Imper. व्यत्यसे, व्यतिःष, -ष्टाम्; व्यत्यसावहे, व्यति-पायाम्, -पाताम्; व्यत्यसामहे, व्यति-ङ्गम् vel -ध्वम्, व्यति-पताम्. Praet. augm. 1. व्यत्यासि, व्यत्यास्थास्, व्यत्यास्त, व्यत्यास्वहि, व्यत्यानाथान्, व्यत्यासाताम्; व्यत्यास्महि, व्यत्याङ्गम् vel व्यत्याध्वम्, व्यत्यास्त.

367. Praeter tempora specialia अस् nonnisi in Praeterito reduplicato usurpatur, nunquam tamen scorsum, sed semper in constructione cum Accusativo substantivi abstracti, ad circumscribendum Praeteritum verborum attributivorum (v. r. 457.). Attamen a re non alienum erit hic apponere Praeteritum redupl. radicis अस् in utraque activa Voce.

## PARASMAIPADUM.

## ATMANĒPADUM.

Sing.	Dual.	Plur.	Sing.	Dual.	Plur.
1. आस	आसिब	आसिम	आसे	आसिबहे	आसिमहे
2. आसिथ	आसथस्	आस	आसिथे	आसाथे	आनिध्वे (ङ्)
3. आस	आनतस्	आसुस्	आसे	आसाते	आसिरे

## CLASSIS TERTIA.

368. Haec classis circiter viginti comprehendit radices, quae praeter ह् omnes a consonante incipiunt. Character hujus classis est syllaba reduplicativa; repetitur enim initialis radicis consonans una cum ejus vocali, quae tamen, si longa est, corripitur, atque si est ऋ, suppletur vocali इ; c. c. ददा a दा dare, विम a म् ferre. —

Radiculis syllaba in formis auctis (v. r. 308) *Gunae* incrementum sumit. Quod ad repetendam consonantem attinet, hae statuuntur leges, quae praevalent in omnibus occasionibus, ubi reduplicatio adhibetur.

1) Pro aspirata littera ponitur respondens Tenuis, surda pro surda et sonora pro sonora, e c दधा १ धा

2) Pro gutturali littera ponitur respondens non aspirata Palatina, i e surda च् pro surdis क्, ख्, sonora ज् pro sonoris ग्, घ्, ङ्, e c चिकि a कि, किच् a च्, डाडा a ड

3) Et duabus vel pluribus conjunctis consonantibus una tantum repetitur, et quidem prima, nisi est sibilans (ञ्, प्, स्र्), ita tamen, ut etiam antecedentium legum ratio habeatur, e c द्विी a द्वी

4) Ex duabus vel pluribus conjunctis consonantibus, quarum prior est sibilans (ञ्, प्, स्र्), secunda quarepiam alia consonans, semivocalibus et nasalibus exceptis, semper secunda repetitur, ratione habita legum 1 et 2, e c सस्वान्द् a स्वान्द्, चुञ्चत् a चत्, चुञ्चत् a चत्, टिछीव् a छीव्, तस्थल् a स्थल्, पस्पण् a स्पण्, पुस्पद्र् a स्पद्र् \*) — Sibilans littera autem repetitur, si cum semivocali vel nasali est conjuncta,\*\*) ita dicitur अञ्च, non हञ्च a च्, सस्वन् a स्वन्, सिणिण्द् a णिण्द् (v r 80), सिदिमि a सिमि

369 ऋ Par ire, quae sola est hujus classis radix a vocali incipiens, in repetita syllaba hanc vocalem supplet per ह्य्, quod, ubi vocalem antecedit, sicut in ह्यग्निं, ex ह secundum, ut explicari potest (cf द्विम् in 368) Retinetur vero ह्य् etiam ante ङ्, e c

\*) Haec exempla non a l tect am pertinent classem, sed alius formis illustrandis inseruntur, quae reduplicacione utuntur

\*\*) Cum alia sonora consonante sibilantes, quippe quae surdae sint, nunquam conponuntur

nentes radices, य abjiciant. Praeterit. augment. multif. tertiam formationem sequitur, Praet. redupl. circumscribitur, et posteriora quatuor tempora intermediam vocalem इ assūmunt. Radices नी et चिप् itaque formant अनेनीयिपि; अचेचिपिपि; नेनीयामास् vel ..बभूव vel ..चक्रे (r. 458.), चेचिपामास् vel ..बभूव vel ..चक्रे; नेनीयिताहे; चेचिपिताहे; नेनीयिपीय, चेचिपिपीय (r. 478.); नेनीयिष्ये, चेचिपिष्ये, अनेनीयिष्ये, अचेचिपिष्ये.

## FORMAE DERIVATIVAE INTENSIVORUM.

580. Passivum ex *Parasmaipado* Intensivorum, secundum easdem regulas atque ex radicibus primitivis formari potest; e. c. शोभयते a श्र (r. 495.). Causale characteristicum अय् adjungit, ita tamen, ut vocalis radicalis *Gunā* careat; e. c. चेचिपय् non चेचिपय् a चेचिप्. Desiderativum सृ litteram plerumque insertā, vocali इ adjungit, novā syllabā reduplicatīvā non adjectā, et radicis vocali non auctā; e. c. चेचिपिप् non चिचेचिपिप्.

ANNOT Omnes hae formae, quin etiam Desiderativa e Causalibus Intensivorum a Grammaticis formantur, etsi nusquam inveniri videntur. Etiam *Parasmaipadam* Intensivorum in auctoribus me invenire non memini. FORSTERUS *Parasmaipado* analogum *Atmanpadam* affert, e. c. चेचिसि ex चेचिसि, ita ut duo sint Intensivorum genera, quorum alterum in utraque Voce activa, alterum in *Atmanpado* tantum usitatum sit. Prioris, syllabā य carentis generis, in Participio praes. *Atmanpadi* exemplum est स्तेलितान् (r. r. 598) Aedsch. X. 43.

## DENOMINATIVUM.

581. E nominum stirpibus radices secundariae adjectis suffixis य्, अय्, स्य्, अस्य् et क्य् derivari possunt, quas Grammatici *Liddhu*-radices nominant, ex quibus, sicuti ex primitivis radicibus et verba et nomina oriuntur. Etiam nullā alienā litterā adjectā nominum themata *Liddhu*-radicum vice fungi possunt (r. r. 591.). Apud antiquiores auctores non multa Denominativorum inveniuntur exempla. In Maha-

bharati episodiis editis nonnisi haec sunt: अस्य, कस्य, चिराय, गोपाय, पलाय, हस्त्य, योक्तय, तपस्य, नमस्य (v. Gloss.).

DE ADJECTO य.

582. Adjecta य litterâ duo Denominativorum genera formantur. Alterum talia comprehendit, quae desiderium rei, nominis themate expressae, aut etiam comparationem expriment, quum persona quaedam aut res ei, quod radicali nomine significatur, aequa habeatur. Priori ratione haec Denominativa intransitiva sunt, objectumque actionis iis ipsis inest; e. c. पत्नीय् uxorem desiderare, a पत्नी uxor. Altera ratione autem transitiva sunt haec Desiderativa, objectumque, quod extra ipsa positum sit, requirunt, quia nomen radicale non Accusativi, sed Dativi rationem significat; e. c. परिचारिकाम् पत्नीयति *servam uxori parem habet*. Potest tamen Subjectum ipsum res esse illa comparata, ita ut Denominativum vim reflexivam habeat, et nomen radicale non Dativi sed Locativi rationem significet; e. c. प्रासादीय् a प्रासाद *palatium* significare potest *se in palatio versantem putare*; e. c. कुट्ट्याम् प्रासादीयति भिक्तः *in casa putat se in palatio esse mendicus*.

583. Litterae finales nominum radicalium mutationibus subjectae sunt hisce: 1) अ et आ transeunt in ई, e. c. सुतोय् a सुत *filus* vel सुता *filia*. 2) इ et उ producantur, nec solum si in fine sed etiam si ante व् vel र् finale posita sunt; e. c. पतोय् a पति *dominus*, भान्दय् a भान्द *sol*, गौर्य् a गिर *oratio*, धूर्य् a धृ *temo*. 3) ऋ transit in री, औ in अ्व् et औ in आव्; e. c. पित्रीय् a पित *pater*, गव्य् a गो *vacca*, नाव्य् a ना *navis*. 4) न् finale abjicitur et vocalis, quae ei praecedat, mutationi vocalium finalium subjecta est; e. c. राजीय् a राजन् *rex*. 5) Patronymica suffixo य formata hanc syllabam in ई convertunt; e. c. गार्गीय् a गार्ग्य *Gargi progenies*.

584. Denominativa secundum rr. 582. et 583. formata, in specia-

libus temporibus adjecto अ augmentur, camque ob rem secundum Conjugationem primam flectuntur, *Parasmaipadam* tamen solum admittitur; e. c. स्तूतयामि, स्तूतियेयम्, स्तूतयानि, अस्तूतयेयम्. — In generalibus temporibus additum अ excidit, et Denominativa ex thematibus deducta, quae in aliam consonantem quam न् desinunt, ad arbitrium etiam य् abjicere possunt. Praeteritum augm. multif. tertiam sequitur formationem, Praet. redupl. circumscribitur, et utrumque Futurum ac Conditionalis intermediam vocalem इ inserunt.

585. Alterum genus Denominativorum adjecto य् formatorum, talia comprehendit, quae respectu Subjecti et personae vel rei, nominis themate designatae, agendi rationis similitudinem, imitationem, simulationem, aequationem qualitatis etc. significant. Tam ex substantivis quam ex adjectivis adjecto य् etiam Denominativa formantur, quae significant aliquem producere rem, vel actionem, vel attributum, vel conditionem nomine radicali designatam, aut etiam aliquem vel eas res adipisci, vel in eas mutari, vel eas sentire. — De litteris finalibus radicalis nominis observandum est hoc: 1) अ producitur et आ non mutatum retinetur, e. c. कृष्णाय *Ciischnum imitari, eadem ratione, qua Ciischnus, agere, a कृष्ण; करुणाय misericordiam commovere aut sentire, a करुणा.* 2) न् abjicitur, et, si vocalis praecedens brevis est, ea producitur; e. c. राजाय *eodem modo atque rex agere a राजन्.* 3) र् vel abjici vel retineri potest; ubi prius accidit, antecedens vocalis brevis producitur e. c. पयाय vel पयस्य *lac fieri a पयस् lac.* 4) Nonnulla vocabula in अत् desinentia त् abjiciunt et praecedens अ producunt; e. c. ब्रह्माय *magnum fieri a ब्रह्म magnus.* 5) Ceterum leges regulae 583. n. 2. 3. et 5. haec quoque valent; e. c. शुचियै *purum fieri a शुचि purus, मन्त्राय peccare a मन्त्र peccatum.* — Haec Denominativorum classis secundum praecedentem regulam flectitur, plerumque in *Atm.* solum, interdum etiam in *Parasm.* aut in utraque Voce astiva.

## DE ADJECTO अय्, इत्, इत्

586. Adjecta ad nominis thema syllabâ अय् (aut secundum Grammaticos adjecto इत्, quod, sicut in decima Classi et in forma Causali, in अय् transire dicitur) Denominativa formantur, quae significant, aliquem id exercere, sentire, eo uti, id creare aut declarare, quod nomine radicali designatur. Si nomen illud monosyllabum est, vocales finales इ, ई, उ, ऊ, ऋ et ॠ *Vridhim* sumunt, atque finalibus अ et आ, ए additur, अ autem producitur; e. c. वायय् a व्रि *avis*, भाअय् a भू *terra*, न्नाय् a न् *vir*, काअय् a क *acr*, द्याअय् a द्या *terra* (cf. r. 519.). Vocabula monosyllaba, quae consonante terminata sunt, *Gunâ* augentur, e. c. क्षोधय् a क्षुध *fames*.

587. Vocabula polysyllaba vocalem finalem abjiciunt, et, si in unam vel duas Consonantes desinunt, haec una cum antecedente vocali abjiciuntur; e. c. क्षमय् a क्षमा *patientia*, प्रीतय् a प्रीति *laetitia*, भानय् a भान् *sol*, दृशय् a दृशद् *saxum*, चर्मय् a चर्मन् *lorica*.

588. Vocabula suffixis derivativis मत्, चत् et मिनू formata, Denominativa a primitivis suis deducunt; e. c. आयय् ex औमत् *fortunatus*, a औ *fortuna*.

589. Denominativa adjecto अय् formata in utraque Voce activa inveniuntur, flectunturque sicut radices decimae Classis et formae causales; e. c. चर्मयामि, चर्मयि, चर्मयियन्, चर्मयिय etc.

## DE ADJECTIS SUFFIXIS कान्य्, स्य् ET अन्त्य्.

590. Adjecto कान्य्, quod ad कम् *desiderare, cupere, amare* referendum est, Denominativa formantur, quae desiderium rei nomine radicali designatae significant. Denominativa adjecto स्य् et अन्त्य् formata vehemens desiderium exprimunt. Litterae finales thematis ante कान्य्, स्य् et अन्त्य् nullam mutationem subeunt, nisi secundum usitatas leges Euphoniae mutatio euphonica est necessaria; e. c. पुत्रकान्य् *filium*



vel filios desiderare, a पुत्रः, filius, मधुचस्यः vehementer mel desiderare, a मधु mel, भुत्स्यः vehementi prudentiae desiderio tenent, a बुधः prudentia = (r. 83, d<sup>3</sup>). Haec Denominativa in Parasm. tantum usitata flecuntur secundum reg 584. e. c. पुत्रकाम्यामि, पुत्रकाम्ययम् etc.

DENOMINATIVA NULLIS ADDITIS, SUFFIXIS FORMATA

591. Haec significant similitudinem agendi rationis, inter Subjectum eamque rem, quae nomine radicali denotatur, aut ejus rei productionem vel adptionem, rarissime autem usurpantur. Nominis radicalis finale abjicitur, e. c. लोहितं a लोहित ruber. Ceterae vocales finales Gunā augentur, et, si thema in simplicem consonantem desinit, vocalis praecedens (Gunā) afficitur. Haec Denominativa in utraque Voce, activa adhibentur, saepius tamen in Parasm. det flectuntur ad r. 584, e. c. शोचयामि, शोचयसि etc. a ग्रन्थि, लोहितामि 'a लोहित ex लोहित

## DE NOMINUM FORMATIONE.

592. Nomina Sanscrita fere omnia suffixis adjectis formantur, cum paucae tantum sint purae voces radicales. Ea suffixa, quibus nomina primitiva ex ipsis radicibus formantur, a grammaticis Indicis nominantur partim *Krit*\*, partim *Unādi*\*\* atque ea, quibus derivativa formantur ex aliorum vocabulorum stirpibus, appellantur तद्धित *Taddhita*. Primum agamus de origine nominum primitivorum, quae plerumque adjectis suffixis *Krudanticis* formantur.

### NOMINA PRIMITIVA \*\*\*)

#### PARTICIPIA, INFINITIVUS ET GERUNDIA.

593. अत्. Hoc suffixo formatur participium praes. *Parasm.*, cujus forma primitiva est अत्†), ex qua casus fortes (v. r. 185. b.) formantur. Characteres decem classium conservantur, et in tribus posterioribus Conjugationibus hoc participium formarum purarum (v.

\*) कृत् *efficiens* a radice कृ *facere* adjecto त्, nomina his suffixis formata nominantur कृत् in fine habet.

\*\*) उपसर्गि ex उ et षट् *primum*, inserto ए, significat suffixorum classem, quae suffixum उ tanquam primum habet, vel ab eo incipit.

\*\*\*) Omnia in hoc capite descripta suffixa a grammaticis ad classem *Krit* trahuntur, paucis eorum quae in r. 615. explicantur exceptis et ibi *unādi* nomine distinctis, una cum his de quibus in r. 616. agitur.

†) Tanquam primitiva cognoscitur haec forma cognatarum linguarum comparatione.

r. 308.) sequitur analogiam; in prima et quarta Conjugatione valent  
r. 304 et 305. Radices in r. 321. commemoratae formant igitur:  
वोधत् a वृध्, प्रच्यत् a प्रच, तदत् a तद्, चौरयत् a चूर्, द्विपत् a द्विप,  
विभ्रत् a भ्र, युज्जत् a युज्, चिन्वत् a चि, (शक्नुवत् a शक् ad r. 351.),  
तन्वत् a तन्, युन्त् a यु.

594. Omnes anomaliae, quibus prima Conjugatio in temporibus  
specialibus, et reliquae Conjugationes in formis puris horum tempo-  
rum sunt obnoxiae, ad participium praesentis etiam extenduntur, tum  
in Par. quam in *Atmanépado*. Imprimis cum tertia persona pluralis,  
quia terminatio ejus, pariter ut अत् et आन suffixa, 'a' vocali incipit,  
utriusque Vocis part. praes. semper convenit, ita ut peculiares hujus  
personae anomaliae etiam ante अत् et आन suffixa locum habeant.  
Exempla part. Par. sint: 'तिष्ठत् a स्थ् (r. 326.), विध्यत् a व्यध् (r. 331.),  
उग्रत् a वृग् (r. 361.), सत् ab अस् (r. 365.), घत् ab घ्न् (r. 357.). De-  
clinatur hoc part. ad r. 218. et 219. — Radix शास् ut videtur propter  
initialem et finalem sibilantem, radicem reduplicatarum sequitur ana-  
logiam (cf. r. 363.), unde format in Nominativo masc. trium nume-  
rorum शासत्, शासतो, शासतस्, quod conferatur cum आग्रत्, आग्रतो,  
आग्रतस्, विभ्रत्, विभ्रतो, विभ्रतस् (cf. r. 307.).

595. Femininum, addito feminini caractere ई, format अती sive  
अन्ती. Radices primae Conjugationis multo frequentius अन्ती ponunt  
quam अती, et trium reliquarum Conjugationum usitata forma est  
अती. In radicibus reduplicatis et शास्, nasalis nunquam additur,  
unde आग्रती, विभ्रती, शासती; non आग्रन्ती etc. Exempla formae mi-  
nus usitatae sunt: 'विचर्ती ambulans a चर् Cl. 1. (Nalus XII. 10.),  
वसती habitans a वस् Cl. 1. (N. XIII. 66.), धारयती faciens ut sustineat-  
ur a ध् caus. (N. XVI. 18.), हृदन्ती flens a हृद् Cl. 2. (N. XVI. 33. et  
XVII. 12.), contra हृदती N. XI. 13, 15. multisque aliis locis; कुर्वन्ती fa-  
ciens a कृ Cl. 8. r. r. 383. (N. XVI. 11.).

596. Futurum secundum *Parasmaipadi* suffixum अत् syllabae स्य adjuncti, ratione habita regulae 304., ex qua स्य cum अत् format स्यत्, quod secundum r. 218. declinatur. Femininum est स्यन्ती. L.c. भेष्यत्, भेष्यन्ती a भी; भोत्स्यत्, भोत्स्यन्ती a वृध् (r. 484.); चोरयिष्यत्, चोरयिष्यन्ती a च् (r. 485.).

597. Passivum etiam participium praes. formare potest suffixo अत्, adjuncto syllabae य्, ratione habita r. 304., desinit igitur hoc passivum participium in यत्, quod secundum r. 218. declinatur et in feminino अन्ती format. Exempla sunt ध्रूयत् quod agitur (*coumotus*\*) a ध्रु secundum r. 495. vel a radice synonyma ध्रु, दृश्यत् quod cernitur a दृष् (\*\*), चीयत् quod colligitur a चि secundum r. 495., कृष्यत् quod trahitur, in Mah Drona-Parvan गृहीतम् अतिवीर्येण पञ्चास्येने 'व भोगिना । तथा 'पि परिकृष्यन्तम् दृष्ट्वा etc | hunc sicut a praevalido, quae oribus praedito, serpente, captum sic etiam circumtractum postquam viderat, आस्यत् quod sedetur, in Mah episodio रामोपाख्यान्म्, ubi legitur. राजसोभिर् उपास्यन्ती समाचीना शिलातले । राज्ञा कामवाणार्तिं ददर्शा 'पससर्प च ॥<sup>1</sup> a Rācschasidibus circumsessam, sedentem in saxi tergo Ravanus, Cami sagittā vexatus, vidit eamque accessit. (Nilacanthus explicat उपास्यन्तीम् voce उपास्यमानाम्), विशीर्यत् quod frangitur, defringitur (v. pag 23. sl 161a).

ANNOT. Participium passivum in यत् desinens minus est usitatum et grammaticos prorsus fugisse videtur. Primum quum ederem Mahābhārati episodiā «Arśichuni iter ad Indrī coelum etc (Berolini 1821 apud Logier) illud deprehendi, atque in annotatione ad Sundam et Upasandam II 49 id commemoravi. Quod ibi dixi, deinde multis aliis exemplis satis comprobatum reperi. Ceterum conferatur r. 493.

598. मान, आन Part praes Atm suffixis मान vel आन formatur (fem माना, आना), ante quae characteres decem classium reti-

\* ) Indr II 17.

\*\* ) Sund II 10

nentur et in posterioribus tribus Conjugationibus formarum purarum, praesertim tertiae pers. pluralis, ratio observatur (cf. r. 593.).

Classes prima, quarta et sexta suffixo मान् utuntur, decima et eius respondens Causale saepius आन assumunt quam मान्\*). Tres posteriores Conjugationes non nisi suffixum आन admittunt, quod corruptione ex मान् ortum esse videtur. Radices decem classium in r. 324. memo-

ratae formant igitur: बोधमान् h बुध्, प्रच्यमान् a प्रच्, तदमान् a तद्; चौर्याण् rarius चौर्यमाण् a च्च्; द्विपाण् a द्विप्; त्रिधाण् a त्रि, (r. 94.); युञ्जान् a युञ्; चिन्वान् a चि, तन्वान् a तन्, युनान् (r. 305.) a यु. Anomalorum exempla sint (v. r. 594.) श्रीयमान् a श्रद् (r. 327.), शयान् a शी, (r. 348.), कर्त्वीण् a कृ (r. 383. et 94.).

599. Radix आन् sedere format आसीन् pro आसान्.

600. Participium praes. Pass. suffixum मान् addit passivo, characteri य cum radice conjuncto secundum r. 492. sqq.; e. c. दीयमान् a दा (r. 494.), श्रयमाण् a श्र (r. 495.), त्रियमाण् a कृ. Cf. r. 597.

601. Part. futuri secundi Atm. suffixum मान् adjungit syllabae characteristicae स्य; e. c. हेत्स्यमान् a ह्विद्, जेष्यमान् a जि, तनिष्यमान् a तन् (v. r. 483. sqq.).

602. Praeteritum reduplic. Atm. suffixum आन addit radici, quae ante hoc suffixum easdem vel regulares vel anomalas subit mutationes; atque ante vocales terminationum personalium hujus temporis in Atmanēpado Indicativi; conferantur e. c. चिच्यान्, तदुदान्, तेनान् cum चिच् etc. (r. 442.), ज्ञान् cum ज्ञे ab ह्नु (r. 453.); ईज्ञान् cum ईज्ञे a यज्ञ (r. 456.). Part. pass. hoc in tempore ab Atm. nihil difert, sed nescio, an unquam occurrat.

603. वत्. Hoc suffixo formatur part. praet. redupl. Parasmaipadi

\*) WILKINSIUS classis decimae sic recedentis a tribus reliquis primae conjugationis mentionem non facit

et radicibus, quae in duali et plurali hujus temporis quam tantum continent syllabam, intermedia vocali इ, adjungitur; ceterum radix ante hoc suffixum easdem subit et regulares et anomalas mutationes atque ante personarum terminationes graves; e. c. चिचिवस्, तृत्तृदस्, तेनिवस् (r. 442.); इषिवस् ab इष् (r. 432.), ऊशिवस् a वष् (r. 455.), ददिवस् a दा (r. 438<sup>a</sup>.), अगिवस् a गी (r. 438. b.). Declinatur hoc suffixum secundum r. 235-238., et femininum e debilissimo themate format उपी, ante quod intermedia vocalis इ abjicitur (cf. r. 236.); e. c. तेनुपी 'a तेनिवस् (v. r. 236.), चिच्युपी 'a चिचिवस् (v. r. 237.), तृत्तृदुपी 'a तृत्तृदस्.

r. 604. Radices लिष् et विद्, quanquam in duali et plurali Indicativi non monosyllabae sint, tamen intermediam vocalem इ assumere possunt, unde विविशिवस्, विविदिवस् sive विविश्चस्, विविद्वस्. — Radices मिद्, सद् et दाष् anomalas formas efficiunt has: मीद्स्, साद्स्, दाद्स्. Verba derivativa et radices in r. 459. descriptae participium Praeteriti redupl. utriusque Vocis circumscribunt, ratione habita r. 458.; e. c. Par. चौर्यामासिवस् sive वभूवस् sive चकवस्, Atm. चौर्यास्रग्राण vel चौर्यामासिवस् vel चौर्याम्बभूवस्.

605. Radix विद् scive, reduplicatione omissa, cum वस् conjuncta format विद्वस्, cum significatione part. praes. (cf. r. 356.).

606. ण, त, न. Suffixum त (fema ता); sive intermedia vocali इ sive proxime cum radice conjunctum, format part. praet. pass., et significatione et forma respondens Latinorum participio in tus desinenti (comparentur Nominativi तस्, ता, तम् cum tus, ta, tum). In verbis neutris hoc participium vulgo praeteritum tempus Activi significat, respondens tum participio in tus desinenti verborum deponentium; e. c. आगत (a गम् cum आ) aggressus, etsi etiam passive usurpari potest; e. c. आगतं त्वया ventum est a te. In nonnullis verbis neutris hoc participium praesentis habet significationem e. c. भीतं timens

a भी, स्त्रीत *pudibundus* ab स्त्री, स्थित *stans* a स्था *stare*, शक्त *potens* a radice शक्, quae etiam शक्ति format, quod participium rarius et nonnisi significatione passiva occurrit (e. c. Hidimb. IV. 33.). Exempla usitatoris significationis sunt चित *collectus* a चि, पीत *bibitus* a पी, श्रुत *auditus* a श्रु, धृत *ingratus* a धृ, हृत *captus* a हृ, त्यक्ता *relictus* a त्यक् (r. 89.), लब्ध *impetratus* a लभ् (r. 83. d<sup>o</sup>.), पतित *lapsus* a पत्, विदित *scitus* a विद्, कुशित *qui amplexur tenetur* a कुश्, ददित *cretus* a दद्

607. Suffixum न (fem ना) in us tantummodo radicibus loco suffixi त ponitur, quae in vocales vel in ग्, च्, झ्, ढ्, य्, र्, et व् desinunt, et semper proxime cum radice conjungitur. ङ् finale in ग् transit et ढ् in न्, e. c. विन्न *perturbatus* a विञ्, रूपा *fructus* (vid. r. 94<sup>o</sup>) a रू, भिन्न *perforatus* a भिद्. Conditionibus in regula 94<sup>o</sup> dictis pro ङ् ponitur ञ् (cf. annot. ad r. 94<sup>o</sup>.), e. c. विपन्न *perturbatus*, afflictus pro विपन्न a सद् (v r 80.) Vocales र् et उ in fine radicum et ante र् semivocalem producuntur, e. c. चीष *perditus* a चि, मूर्ण *admisus* a मूर्.

## SPECIALES REGULAE

608 Radices in आ, desinentes intermediam vocalem र् non ad mittunt, sed nonnullae earum, et quidem स्था, मा, धा et आ, vocalem suam ipsam in leviozem र् corripunt (cf. r. 308. a. et annot. ad r. 539.), e. c. स्थात *dictus* a स्था, स्थित\*) *stans* a स्था. Radix दा (cf. 3) servata, contra regulam, specialium temporum repetita syllaba, et abjecta vocali आ, format दत्त (cf. r. 374.). In quibusdam tamen compositis

\*) Contra id quod in germanica editione suppositi, vocalem र् formarum स्थित, मित, दित, चित (a आ) nunc pro radicali habeo, quis स्था et या etiam ante suffixum ति (v r 652), quod semper auxiliari र् caret, in स्थि et मि corripuntur (स्थिति, समिति). Radices धा et आ cum suffixo ति conjuncta non inveniuntur.

formis haec radix syllabam reduplicativam simul cum आ finali abjicit, unde e. c. आत्त (आ-त्त pro आ-दत्त ex आ-दात्त) *sumptus*, व्यत्त (e वि-+ आ-त्त) *diductus*, प्रत्त (ex प्र-+त्त) *datus* (v. ann. ad Nal. XII. 20. ed. 2.). Radix धा format क्ति, ita ut radicalis ध् litterae nonnisi aspiratio sit servata; एा *relinquere* suffixo न utitur, ante quod आ finale in leviozem इ sonum convertitur, unde हीन. — Quae in आ desinunt radices partim hanc diphthongum in आ partim in इ convertunt; e. c. दात्, क्ति *abscissus* a दो, हो.

609. Quae in इ desinunt radices plerumque suffixum न assumunt, mutata vocali इ in इन् et post labiales in इर; e. c. स्तीर्ण *expansus* (v. r. 94<sup>o</sup>.) a स्त, दीर्ण *laceratus* a द, पूर्ण *impletus* a प.

610. Radices धे et ने diphthongum suam in इ corripunt, unde धीत्, नीत्. Reliquae radices in ए desinentes anomala formant haec: दत्त a दे, उत a वे, वीत् a व्ये, द्धत् a ह्ये (cf. r. 449 - 452.).

611. ऐ finale plerumque in आ commutatur, cui si duae antecedunt consonantes, paucis radicibus exceptis, suffixum न additur; e. c. दात् a दी, पात् a पी, म्लान a म्ले, आषा a अे.

612. ने *canere* et से *intere*, *perire* formant गीत्, सीत्. Ex इये radice, quae ire significare dicitur, explicantur participia शीत् *frigidus*, शीन *congelatus* et forma regularis श्यान *lentus*. न् *intere* format चाम pro चाण, et a radice स्त्ये *circumvelare* descendit स्तीत् vel स्त्यान vel ad regulam स्त्यान.

613. Quae in consonantem desinunt radices, quod attinet ad intermedium इ, maximam partem regulas 467. et 468. sequuntur, quarum radicum nonnullae ad arbitrium utraque utuntur formâ. Anomaliae, quas radices in aliis formis puris subeunt, maximam partem etiam ad hoc participium extenduntur; e. c. उशित a वय् (\*), उट a वय् (\*\*), त्रिद a व्यध् (\*\*\*)). शिष्ट a शाच्†).

\*) v. r. 361. et 455. \*\*) v. r. 456. \*\*\*) v. r. 331 †) v. r. 363.



614. Multae radices, quarum consonanti finali  $\text{ऌ}$  vocalis antecedit, si vocalem intermediam  $\text{ऌ}$  adjungunt, ad arbitrium, *Gunam* assumere possunt, e. c. तोपित sive तूपित a तूप् *laedere, occidere*. Plures radices, quarum consonanti finali  $\text{क्व}$  vocalis antecedit, si intermediam vocalem  $\text{ऌ}$  adjungunt, *Gunam* assumant necesse est; e. c. मर्षित a मर्ष् *tolerare*.

615. Quae desinunt radices in duas conjunctas consonantes, quarum prior nasalis est, ante suffixa त et न proxime, adjuncta nasalem, ejiciunt; e. c. ब्रह्म *ligatus* a ब्रह्म, इक्ष *incensus* ab इक्ष्, भग्न *fiactus* a भग्न्. Et duabus consonantibus, quarum prior non est nasalis, posterior abjicitur; e. c. तूर्ण *occisus* a तूर्ण (v. r. 607.). Attamen चक्ष *dicere* (format चष्ट (cf. r. 362)). Ante intermediam vocalem  $\text{ऌ}$  utraque consonans finalis retinetur; nonnullae tamen radices penultimam nasalem ejiciunt, e. c. भयित *commotus* a भयन्.

616. म् finale ante त abjicitur, e. c. गत a गम् *ire*. Plures tamen radices in ग्रम् exeuntes vocalem अ producunt et म् litteram sicut in aliis formis auctis in न् convertunt (v. r. 95.); e. c. कान्त *amatus* a कम्. — न् finale ex euphoniae lege 92, abjicitur; e. c. हत *occisus* a हन्. — जन् *generare* et जन *fodere* vocalem अ producunt, unde जात, जात.

617. य् finale ante त vel न abjicitur, e. c. स्फात sive anomale स्फोत *cretus, turgidus* a स्फाय् *tumescere*. व्याय् *crecere* (format पीन, पीत); et; व्यान्. क्षमाय् *concutere* format क्षमीत. — Etiam ण् finale abjicitur, ubi त proxime ei adjungendum est, id quod rarissime accidit; e. c. क्षित *offensus* a क्षिण्.

618. — Radix सह् *tolerare* anomalum (format सोह (cf. r. 468. n. 14.).

619. — Radices decimae classis et Causalia intermediam vocalem  $\text{ऌ}$  recipiunt, syllabam अय् abjiciunt, vocalis incrementum autem retinent,

e.c. चोरित surreptus a चरु, वेदित certior factus a विद्, आवित factus, ut audiat a श्रु.

620. Sequuntur jam ordine alphabetico usitatissima participia, quae vel suffixa त् aut न् proxime radici adjungunt, vel quandam anomaliam exhibent. Adscripti iis sunt regularum numeri, quarum praeter r. 613. ratio est habita:

इष्ट a यद् 456, 89<sup>b</sup>.  
 उक्त a वच् 455, 86.  
 उक्त a वद् 455, 102.<sup>a</sup>)  
 उत a वे 451.  
 उदित a वद् 455.  
 उप्त a वप् 455.  
 उशित a वम् 361.  
 उपित vel उष्ट a वच् 455, 481.  
 कान्त a कम् 616.  
 क्षात pro क्षत a क्षन् 92, 616.  
 गत a गम् 616.  
 गाढ a गाद् 102.<sup>a</sup>)  
 गीत a गी 612.  
 गूढ a गूद् 102.<sup>a</sup>)  
 गृहीत a ग्रह् 386, 486.  
 ग्लान a ग्ले 611.  
 हृत्त a हृद् 607.  
 ह्वित a ह्विद् 607.  
 ज्ञात pro ज्ञत a ज्ञन् 92, 616.  
 ज्ञीन a ज्ञ्या 386, 608.  
 ज्ञीर्ण a ज्ञ् 609.  
 दत्त a दा 608.  
 दृढ a दृद् 102.<sup>a</sup>)

यत् a दिव्.  
 नद् a नद् 468 n. 14.  
 नृत्त a नृद् 607.  
 पत्त a पद् 607.  
 पूर्ण a प् 609.  
 पष्ट a प्रष्ट 336, 87.  
 वृत्त a वृन्ध 615.  
 भग्न a भग्न् 615.  
 भिन्न a भिद् 607.  
 भृष्ट a भृद् 336 et 89.<sup>b</sup>.  
 भ्रष्ट a भ्रम् 615, 98.  
 मग्न a मग्न् 110<sup>b</sup>.  
 मूर्ण a म् 609.  
 मृष्ट a मृद् 89.<sup>b</sup>.  
 यत् a यम् 616.  
 रुग्ण a रुद् 94<sup>b</sup>.  
 रूढ a रूद् 102.  
 लग्न a लग्न् 110<sup>b</sup>.  
 लून a ल्.  
 विद् a व्यद् 331.  
 विन्न a विद् (cl. 6.) 607.  
 वीत a व्ये 610.  
 व्यक्त a व्रश्च 615, 454.

श्रायित् a श्री 348.	मोढ a मद् 618.
श्रीर्ण a श्रू 609.	स्निग्ध a स्निद् 103. a. not.
श्रान्त a श्रम् 616.	स्थित a स्था 608.
सत्ता a सच्च 615.	दित a धा 608.
सन्न a सद् 607.	हीन a ह्य 608.
सप्त pro स्वप्न a स्वप् 455. b.	द्वत् a द्वे 610.

521. तवत्. Hoc suffixo composito formatur part. praet. act. e. c. कृतवत् *qui fecit* a कृ. Derivatae sunt hujusmodi voces a part. pass. in त्, adhibito suffixo वत्, quod *habentem, praeditum* indicat (v. r. 652); itaque कृतवत् a कृत, *factus* proprie significat *factum habens* i. e. *qui fecit*. Omnes igitur anomaliae participii in त् desinentis, etiam ad hoc derivativum participium extenduntur, et ubi illud secundum r. 607. न् suffixo formatur, part. praet. act. exit in नवत्. E. c. इष्टवत् *qui sacrificavit* a यद्, भग्नवत्\*) *qui fregit* a भञ्ज् (v. r. 615.). Declinatur hoc participium secundum r. 218. et femininum ई adjungit, itaque कृतवती.

622. तव्य, अनोय, य. Haec suffixa, quorum feminina sunt तव्या, अनोया, या, formant participia fut. pass., respondentia Romanorum participio in *dus*, e radicibus et transitivis et intransitivis; e. c. त्य-तव्य, त्यदानोय, त्यज्य *relinquendus*, गन्तव्य, गमनीय, गम्य *eundus*, भवितव्य, भवनीय, भव्य *esse debens, futurus*.

623. Suffixum तव्य vel proxime cum radice vel intermediâ इ vocali conjungitur; ratione habita r. 462. sqq. Vocalis radicalis *Gunnâ* augetur, e. c. स्तवितव्य, sive स्तोतव्य a स्तृ (v. r. 464.), हर्तव्य a हृ (v. r. 465.), नद्व्य a नद् (v. r. 468. n. 14.). — ज्ञाग्. *vigilare* contra regulam format. ज्ञाग्नव्य pro ज्ञाग्नितव्य (Hidimbi caedes I, 51.).

624. Suffixum अनोय semper proxime cum radice conjungitur,

\*) Participia in नवत् desinentia raro reperiuntur, exemplum est द्विनवत् in Hitopadeso.

euphoniae legum ratione habita. Consonantes finales secundum r. 83. nullam subeunt mutationem; vocalis radicalis *Gunam* assumit, paucissimis tantum radicibus exceptis. E. c. भवनीय a भू, यज्ञीय (r. 94<sup>o</sup>.) a कृ, बोधनीय a बुध; द्वेषणीय a द्विष; भ्रूणीय a भू. — Diphthongi ए, ऐ, औ in fine radicis in आ transeunt, e. c. धानीय a धे, गानीय a गी, सानीय a सा.

625. Suffixum य non solum part. fut. pass., sed etiam substantiva et adjectiva varii generis format.

626. Quae in vocales desinunt radices, has sequuntur leges: 1) आ et diphthongi ए, ऐ et औ in ए transeunt,\*) e. c. देय a दा, दे, दे et दो. 2) इ, ई, उ et ऊ *Gunā* augetur, औ vero ante suffixum य, quasi littera य esset vocalis (cf. r. 650.), in अय transit; e. c. चय a चि, नेय a नी, स्तय a स्तु, भय a भू. Emphasis causa उ et ऊ vocales etiam *Vridhdim* recipiunt, cuius औ vero ante suffixum य in आय transit; e. c. स्ताय *necessario celebrandus*, भाय *necessario esse debens*. 3) इ et ई vocales *Vridhdh* utuntur, e. c. वार्य a वृ, तार्य a तृ; कृ *facere* etiam कृत्य format (cf. r. 635.).

627. Vocales radicum in consonantem desinentium has sequuntur leges: 1) Penultimum अ *Vridhdh* augetur e. c. तान्य a तन्, त्वाय्य a त्वय. Excipitur अ ante labiales positum una cum radicibus अक् *posse*, वध् *interficere* nonnullisque aliis; e. c. तय्य a तप, नय्य a नप, शय्य a शप, वध् a वध. Attamen वप, त्रप nonnullaeque aliae radices in labialem desinentes *Vridhdum* adhibent, itaque वाय्य, त्राय्य. Radix हन् *fodere* anomale format, त्रिय. 2) Penultimum इ et उ in plerisque radicibus *Gunam* assumit, e. c. क्षिय a क्षिप्. 3) इ plerumque nullam subit mutationem, e. c. दृश्य a दृप्; in paucis tamen radicibus penultima इ vocalis *Gunā* augetur, e. c. अर्च्य a अर्च.

\*) I. e. Finales diphthongi in hac sicut multis in aliis formis, analogiam sequuntur अ vocalis, quae vi euphonica sequentis य in ए mutatur.

628. च् interdum ante suffixum य् in क्, et simili modo य् in gutturalem respondentem न् transit, quae mutatio tamen fere solum in Substantivis locum habet, quae maximam partem sunt generis neutrius; e. c. वाक्य n. sermo a वच् dicere, भोग्य n. frumentum, ओषध् भोग्या f. meretrix a भृच् edere, frui; ab eadem radice descendit etiam भोज्य n. cibus.

629. Voces in य् desinentes, quae non part. fut. pass. significant, a praecedentibus regulis varium in modum recedunt, e. c. विनोय mores, a नो, क्षय्य taducus a क्षि, क्रय्य quod venale est a क्री, ad analogiam formarum स्तव्य, भव्य (v. r. 626. n. 2.), चित्य rogus a चि colligere (cf. r. 635.).

630. त्वा. त्वा proprie Instrumentalis est suffixi feminini त्, cujus Accusativus त्म् cum Romanorum Accusativo supini conveniens, Infinitivum exprimit. Per Instrumentalem त्वा autem Gerundium formatur, quod notiones post, per et cum indicat, quippe quae huic casui respondeant\*). Usitatissime hoc Gerundium notionem praepositionis post indicat, quam ob rem plerumque per participium Praeteriti reddi potest, nam e. c. एतावद् उक्त्वा post hoc dicendi actionem idem valet atque hoc factus. Quare ii, qui ante me de hac re scripserant, Gerundium illud perperum tanquam Participium Praeteriti, sive indeclinabile sive adverbiale proposuerunt. Ubi notionem cum-Gerundium in त्वा desinens indicat, id apte per participium Praesentis verti possit; ubi consuetam Instrumentalis rationem per designat, Latini Gerundii Ablativus ei respondet. Notetur etiam huius formae constructio cum अलम् et खलम्, quae, quia Instrumentalem

\*) Hanc sententiam primo expositam in libro meo « Conjugations-System etc. (Frankfurt ad M. 1816) » acui huius rei investigatione confirmavit Guilelmus ab Humboldt in Schlegelii Bibliothecae Indicae Tom. I. pag. 112. sqq. Tom. II. pag. 71-131.

illa postulant, natura et propria significatio Gerundii nostri dilucide demonstratur.

1. ANNOT. Pānini (VII. 1. 37, 38, 40.) nonnullas Vēdis proprias Gerundii hujus formas affert. Pro त्व्या inventi त्व्यो docet in radice आा similibusque (आात्त्व्याद्यम् च), et scholastes praeter आात्त्व्यो solum पीत्व्यो exemplum laudat. Corruptas esse censeo has formas, si quidem Instrumentalis significat notionem, mutati vocali आा graviore in leviolem र् (cf. rr. 303. a., 370 et 425. a.). Sin autem Locativi inesset nullo formis आात्त्व्यो, पीत्व्यो, tum a आात्, पीत्, derivandae essent, addito Locativi suffixo, et र् producto in र् (°), ceterum cum Locativo Zendico तन्व्य in Hippoboe convenientes, quae forma Locativorum legi magis quam Sanscritum तन्वी respondet. — It t्व्यो adjecti enclitica vel pronominali syllaba नम्, ortum esse videtur त्व्योनाम् eundem in modum, quo न in Vēdis annexum invenitur consuetis, cum Graecis τε convenientibus secundae personae plur. terminationibus थ et ता, e. c. दधातान् pro धत्त e दधात correpto (Pan I c. 1.). Ita pro र्त्वायाम् invenitur र्त्वायानाम्. Itam य syllaba in nonnullis radicibus terminationi त्व्या annexum invenitur. - यो यया- dicit Pānini (47), et scholastes affert exempla आात्त्व्यायाम्गम् et दत्त्व्याय (दत्त्व्याय 631) a दा, quae Dativi prae se ferunt speciem, sicuti र्त्वायानाम् terminatione cum Accusativo convenit. Sin autem, quod equidem dubito, primum Dativi, posteriori Accusativi esset significatio, id quod exemplum a schol. propositum intelligi nequit, tum nihil esset commune istis formis cum nostro Gerundio, quo Instrumentalis tam formi est quam significatione. Respicitur praeterea, non omnes Vēdorum proprias formas magis genuinas esse quam eae quibus posteriora scripta ab iis differant, non paucae enim ibi occurrunt formae manifesto corruptae, quas alia scripta Sanscrita non nisi plenas et integras exhibent.

631. त्व्या suffixum vel intermediā vocali र् interpositā vel ipsā cum radice conjungitur, quod si alterum sit, Guna nunquam adhibetur; si vero intermediā vocalis interponitur, in plerisque radicibus ad arbitrium Guna et poni et omitti potest, et in radicibus quibusdam, quae थ habent vocalem penultimam, Guna ponatur necesse

\* Cf. Vēdorum Locativum गगो pro गति in schol. ad Pān VII. 1. 39.

est E c. लिखित्वा sive लेखित्वा a लिख् *scribere*, हसित्वा sive होसित्वा a हस् *fiere*, मरित्वा sive मरित्वा a मर्य् *tolerare*, अगित्वा a अग्य् *ire*.

632. Quod attinet ad vocalem intermediam aut ponendam aut omittendam, hoc Gerundium in plerisque radicibus analogiam sequitur participii in त्त् vel न् desinentis, cujus aliae mutationes et regulares, et irregulares etiam ad hoc pertinent Gerundium, 'e. c. इडा, इट् a यद्, उक्ता, उक्ता a वच्, ऊडा, ऊड् a वद्, उदित्वा, उदित् a वट्, गपोत्वा, गपोत् a ग्रद्, नडा, नड् a नद्, विडा, विड् a व्यध् (v. r. 620), स्थित्वा, स्थित् a स्थ्य, रित्वा, रित् a धा (v. r. 608.). —, Exempla, ubi vocalis intermedia ante त्त्va ponitur ante त्त् omittitur sunt haec अण्वित्वा sive शोणित्वा, अण्वट् a अण्व् *amare*, लज्जित्वा, लज्जन् a लज्ज् *puddore affici* — Ubi participium suffixo न् formatur, Gerundium vocali intermedia plerumque caret Interdum Gerundium utramque admittit formam, ubi part pass unam tantum habet, 'e c सादित्वा sive सोडा, सोड् a सद्

633 Radices स्यन्द् et स्कन्द् contra regulam 615. nasalem suam retinent et finalem consonantem abijciunt, unde स्यन्त्वा, स्कन्त्वा Etiam ह् simplex ante त्त्va suffixum in codicibus manuscriptis hac in re non imitandis plerumque omissum est, 'e c कित्वा pro कित्वा a क्दिद्, दत्वा pro दत्वा a दा (v. r. 608)

634 Radices decimae classis et Causalia, servatis et syllabá characteristica अण्व् et Guná, intermediam vocalem ह् assumunt, 'e c चोणयित्वा, क्षेपयित्वा (cf. , 619)

#### GERUNDIUM SUFFIXO य् FORMATUM

635 Gerundium in य् desinens sere solent in simplicibus radicibus admittitur (cf. r' 638), radices compositae (v' r 653) alio ejusdem significationis utuntur Gerundio, quod suffixo य्, radici semper proxime adjuncto, formatur, et rarissime in radicibus simplicibus

invenitur. Ceterum in efficiendo isto Gerundio leges valent hae: 1) Brevibus vocalibus finalibus त् adjungitur, e. c. विदित्य a वि, प्रस्तृत्य a स्तृ, विकृत्य a कृ. 2) ऋ vocalis finalis in ईर् et post labiales in ऊर् transit, e. c. अवतीर्य a तृ, सम्पूर्य a पृ. 3) Diphthongi finales in आ commutantur, e. c. संव्याय a व्यै, प्रगाय a गै. 4) Quae in aliam consonantem quam gutturalem desinunt radices, penultimam nasalem ejiciunt, radicibus decimae classis paucisque aliis exceptis; e. c. निवध्य a वन्ध्, संस्थभ्य a स्तम्भ्, परिभ्रश्य a भ्रम्; sed परिशङ्क्य a शङ्क्, अवलङ्क्य a लङ्क्. 5) इ et उ vocales ante र् et ल् semivocales producuntur, e. c. विस्वर्य a स्वर (cf. r. 495 et 331<sup>o</sup>).

636. ह्ये et सो anomala formant ह्य (r. r. 620.), ह्य (r. r. 330.); c. c. आह्य, व्यवस्य. }

637. Nonnullae radices in ञम् et ञन् desinentes litteram finalem suam abjicere possunt, ita ut त् sibi adjungant ad analogiam radicum in brevem vocalem desinentium. Hae radices sunt: गम्, नम्, र्म्, तन् Cl. 4. et 8., et तन् Cl. 8. E. c. आगम्य sive आगत्य, प्रणम्य sive प्रणत्य (r. r. 94<sup>o</sup>), अवमन्य sive अवमत्य. Radix हन् solum हत्य admittit; radices ञन् et ञन्, si nasalem abjiciunt, vocalem suam producunt, quam ob rem त् litteram non addunt; e. c. सज्जाय sive सज्जान्य. Ceterum anomaliae aliarum formarum purarum etiam haec inveniuntur; e. c. प्रविध्य a व्यध् (cf. r. 456<sup>o</sup>), व्युज्य a वृष् praef. वि (cf. r. 455.).

638. Radices decimae classis et Causalia interdum, -quanquam compositae, in Gerundio in त्वा inveniuntur; e. c. निवर्तयित्वा a Causali निवर्तय e वृन् (Savitr. V. 60.). Ante suffixum य Causalia et decimae classis radices characterem ञ्य् abjiciunt, vocalis radicalis incrementum autem retinent; e. c. विकार्य a कार्य e कृ. Ubi penultimum ञ radicale non producitur, ञ्य् syllabam retineri dicitur; e. c. विगणाय्य a गण् (Cl. 10.) numerare.

ΑΝΩΤ. Hoc Gerundium cum Participio futuri pass. in य desinente cognatum esse,



sicut Latinum Gerundium cum Part ejusdem significationis convenit, recte monuit illustrissimus Guil. ab Humboldt in praeclara dis. oratione quam supra laudavimus (*Indische Bibliothek* Vol II p 130 et 131) Eodem enim suffixo in utraque lingua originem trahunt Gerundium et participium illud, quod in Sanscrito non nisi eo differt a Gerundio, quod hoc — ut equidem puto, quia fere semper praefixa praepositione est aggravatum — ad puram radicis formam intente\*, quum e contrario participium, tam simplex quam compositum usitatum, formam radicis hanc tam prae se ferat. Eadem plane ratione Gerundium in त्वा et Infinitivus in तुम् desinens inter se differunt, Accusativus तुम्, propter levius suum pondus, radicis auctam formam sibi adjungit, quum gravior Instrumentalis त्वा terminatio puram vel correptam radicis formam praeferat (cf r. 127 b) — Quod ad casus instrumentalis terminationem in hoc Gerundio omnissam attinet, hac in re miram cum lingua Zendica deprehendi sinitudinem. Non enim admittit lingua Zendica in casu Instrumentali litteram euphonicam, quam Sanscrita themata masc. et neut. in vocalem desinentia inserunt, antiquior *Vedorum* dialectus autem nonnumquam omittit t (r addenda a l r 125), ex quo apparet, non ad primaevam linguae stricturam insertum illud नू pertinere. Prae declinationis, omisso नू euphonica, et अ finali non in ए mutato, Instrumentalis in आ exiret, quae vocali contineretur tam अ finale thematis quam आ terminationis, ita ut e c thema निर्गम्य actio ex eundi formaret निर्गम्या, quod tempore quo origo hujus formae non clare sentiebatur, ad diminuendum terminationis pondus — propter vocem in initio praepositione aggravatam — facile in निर्गम्य corripitur potuit\*\*. Cum ea, quam primitivam putamus, Gerundi nostri forma निर्गम्या in lingua Zendica accurate illi conveniunt Instrumentales, qui a monosyllabo in a desinente themate descendunt. Ita legimus in Vend. Sad (in codice a BURROUFIUS edito p 46) kha ad g'angha vasa esathro ahi tuā potestate pollens rex es\*\*\* ubi kha venit a themate kha, quod ortum est a Sanscrito ह्य, id quod primus E. BURROUFIUS de litteris

\*) Conferantur feminina abstracta veluti गृया sustentatio विषा scientia cum Gerundis गृय, विषा

\*\*) Respicitur Latinae vocalis a mutatio in leviores in compositis vel reduplicatis formis (contingo tetigi), vel in priorum compositorum membris (taniger pro lana ger)

\*\*\*) Anquetilii veritas «Fous êtes le mail et d'obtenir ce que vous des rex de grand»

111 Zendicis optime meritis, observavit. Cum corruptis vero nostri Gerundii formā  
 1 ; निर्गम्य conveniunt Zendici Instrumentales earum vocum in ā desinentium, quae e  
 112 ; pluribus syllabis sunt compositae, quia d in fine polysyllabarum vocum fere semper  
 113 ; corripitur.\*) Exempla sint *zadsa* et *asadsa* voluntate et non-voluntate\*\*)  
 114 ; (l. c. p. 12.), quae a themate ipso non differunt, quod e Sanscrita radice *अपृ* *amare*,  
 115 ; suffixo *अ* ortum est. Praeterea huiusmodi Instrumentales saepe occurrunt in lo-  
 116 ; cutionibus veluti: *ana barešmana*, vel *barešmana paiti bērcša*, quae  
 117 ; Anquetilius reddit per «*Avec ce Darsom, avec le Darsom s'est.*» Haec *ana* quod  
 118 ; diu pro praepositione habui, quum a consuetā Sanscriti Instrumentalis forma satis  
 119 ; differat, significatione respondet nostro *अनेन*, et formā cum stirpe pronominali  
 120 ; *अन* ipsi convenit *Bērcša* respondet Sanscrito *भृत*, ad cuius Instrumentalem  
 121 ; *भृतेन* eandem habet rationem atque Gerundium निर्गम्य ad formam, quam ex  
 122 ; praevaleante linguae usu expectaveris, निर्गम्येन.

639. अम्. Hoc suffixo cum Accusativi characterē, ut mihi vi-  
 detur, adverbialiter posito (cf. r. 683. 2.) formatur Participium adver-  
 biale; e. c. *उरांसि प्रतिपेपं युध्यते* «*ratione pectora conterente pugnatur.*»  
 Plerumque repetitur hoc participium adverbiale, ita ut repetitionem  
 actionis significet; e. c. *चेतं चेतम् saepius meditabunde*\*\*\*). — Vocales  
 finales *Vridhdum* assumunt, penultima *Gunam*, exceptā penultimā अ  
 vocali, quae *Vridhdi* producitur. अ finali et diphthongis finalibus,  
 quae omnes in अ transeunt, य euphonicum adjungitur. E. c. चायम्  
 a चि, भावम् a भ, कारम् a क, पेपम् a पिप, योयम् a युय, नाशम् a  
 नय, दायम् a दा, दे, दे vel दो.

640. तुम्. तुम्, quo Infinitivus formatur, Accusativus est suffixi  
 त्त, quam ob rem cum Gerundio in त्वा desinente Infinitivus est cog-

\*) In nonnullis tamen *Leschnis* capitibus nonnisi a longum in fine vocum invenitur, ita ut etiam a quod naturā suā breve est, productum sit scriptum, e. c. *एत* pro *ए*.

\*\*) Anquetilius vertit «*entraîné ou non entraîné par ses passions.*»

\*\*\*) In antiquioribus scriptis rarissime, vel nunquam, hoc participium invenitur, ita ut in toto Mahābhārato ne unum quidem exemplum me invenire meminerim.

natus. Ambo enim eodem suffixo a radice deducta abstracta sunt Substantiva, quorum utrumque in uno casu solum est servatum, et sicuti omnia Substantiva neque tempora neque verbi genera distinguunt; eundem tamen casum ac respondens verbum postulat utrumque\*). Infinitivus propter leviolem ipsius terminationem *Gunae* incremento auctâ radicis formâ utitur. In vocali intermediâ इ (interdum ई) adhibendâ vel omittendâ eadem atque ante suffixum futuri primi valent leges (v. r. 462-469.); e. c. भवितुम् a भू, हर्तुम् a हृ, यद्म a यद्, योक्तुम् a यज्, गन्तुम् a गम्, चोक्तुम् a चष्ट (r. 468. 14.), ग्रहितुम् vel ग्रहीतुम् a ग्रह्. Radices decimae classis et Causalia retinent अय् syllabam, cui vocalem intermediam इ adjungunt; e. c. चोरयितुम् a चर्, जेपयितुम् a जेपय् ex क्षिप्.

ANNOT. 1. Terminatio त्वम् quae teste Panini III. 4. 14. in *Vedorum* Infinitivis adhiberi potest, ad causam exprimendam, quâ aliquid agitur, item a suffixo तु, non a त्व (cf r. 652.) mihi descendere videtur, Accusativi signo अम् posito pro म्, ad analogiam formae भवम् a भू (r. 123. 2.). Exemplum «कर्त्वी हविः» offert scholiastes.

ANNOT. 2. Non tantum in Accusativo et Instrumentali, quos abstractum Substantivum suffixo तु formatum in vulgari Sanscrito solos reliquit, sed etiam in nonnullis aliis casibus, ad analogiam Infinitivi formati, antiqua *Vedorum* dialectus, teste Panini\*\*), suffixum तु exhibet 1) Dativus occurrit sub formis तवे et तवै\*\*\*), quae posterior femininum hujus suffixi genus confirmat, quod jam dudum ex Gerundii forma त्वा conjeci. Exempla scholiastes offert haec: सूतवे a सू, omissi *Gunâ*. गन्तवे a गम्, कर्तवे a क्, हर्तवे a हृ, यातवे a या; अन्वेतवे ab इ. 2) Ablativus (तास्), qui in omnibus a scholiasta commemoratis exemplis a praepositione प्रा vel आ est postulatus, et cum Genitivo, in modum aliorum substan-

\*) De infinitivi variis constructionibus disserui in annot. ad Indr. I. 16. 6. vide etiam annot. ad Nal. III. 20. 6. X. 14. a.

\*\*) III. 4. 9, 13, 14.

\*\*\*) Servatâ *Gunâ* ante इ terminationem graviorem contra regulam 127. 6.

tivorum, est constructus, vel sine alio nomine ei apposto Radices quae hanc Ablativi formam in *Védicis* conservarunt sunt octo hae स्था, इ, इड, वृ, वद, डान्, तम्, चन्, unde स्थायीस्, एतीस्, कर्तीस्, हेतीस्, वदितोस्, डानितोस्, तमितोस्, चरितोस्. \* c पुरा सूर्यस्यो 'देतोर्' आधेय । ante solis ortu in tradendus (vel ponendus etc v Gloss धा c आ) Lundem in modum, sed cum antiquiore, in Sanscrito perditā, femininā Ablativi terminatione *dt*\*) in lingua Zendica Infinitivum constructum deprehendi in Vend Sad (ed BURROUFI) p 81 para avanghē aīnō dhonghaot\*\*) para apō para zēmō para urva r(a)yo para geus cāthvarepatistanyō dhonghaot para nari bipatistanahē aīadnō xanthvōt I e ante hujus coeli creationem ante aquae ante terrae ante arboris ante vaccae quadrumaninae creationem ante hominis bimammī puri generationem — Haec xanthvōt respondet Védico Ablativo डानि तोम्, omisso intermedio इ, et formatum ex themate xantiu generare a radice xan (in tempore praes xasām; V S p 182 cf r 3 5) ita ut ante *dt* terminatio nem u finale trans erit in v ante quam semivocalem t in tā mutatur\*\*\*) 3) Genitivus Infinitivi item in तोस् desinens conservatum videmus nonn si in constructione cum ईश्वर domi n is hac in locutione significans potis copax Scholiastes tradit exemplum ईश्वरो ऽभिचरितो । copax aggrediendi

ASOT 3 Nonnullae aliae *tedorum* propriae Infinitivi, vel si velis Gerund i, formae sunt hae 1) cum Dativi terminatione वृ vel ऐ, ad causam exprimendam quā aliquid agitur, occurrunt formae in वृ, ऐ, से, असे, अध्ये et स्ये (Pān III A 9, 10, 11, 14, 15) desinentes Duae priores sunt Dativi vocum radicalium (v r 641) exempla a Panini vel scholiasta ejus exhibita sunt haec दद्रे a दृम् (दद्रे विद्याय सूर्यम्), विय्ये a य्या v r 160 (विय्ये ऽन्वाह्याग्नि), अचगारि a गाहृ, अचचवे a चञ्, प्रये a प्री adjectā Guna — Quae in से vel असे exeunt formae, radicem verbi substantivi, ut eundem puto, continent aut integram aut abjecta vocali अ (cf r 365), ita ut Dativi character वृ huic auxiliari radici sit adjunctus, qua in re

\*) Ad analogiam fem minorum Genitivorum in वाच् desinentium (v r 130 5) Pro z vel in fine vocum vel in medio ante consonantes posito, lingua Zend ca propriam quandam habet litteram, quam nullo s gno huc distinguimus

\*\*) Ablat a themate *dhonghu*

\*\*\*) Ex generali euphoniae lege, quam primus E. BURROUFIUS ingeniose observavit

illi Infinitivi mirandam analogiam exhibent cum Graecis in *σαι* (πῦσαι, λύσαι) et iis respondentibus Latinis in *se* vel *re* (*pos-se, es-se* vel *ed-ere*.)<sup>\*)</sup> Exempla vel aucti vel parā radici formā laudantur haec: वच्चे = वच्च्: मेपे = मी (वच्चे रायस् ता वा मेपे रथानाम्), औचने = औच् (आत्वे दाक्षाय औचने), प्रेपे = प्री, अियत्ते = अि (v. r. 51.). — Quae in अर्धे desinunt formae, ut equidem puto, Dativi sunt feminini suffixi धि interjecti vocali अ (v. r. 127. b. et cf. वचति nox a rad. वच् ha-bitare suffixo ति et interjecto अ), धि autem variatio esse videtur suffixi fem. ति, quo abstracta formantur Substantiva, quibus cognati sunt Lithuanici et Slavici Infinitivi in *ti* desinentes, e. e. Lith. *buti* Slav. *byti* esse (cf. अति exstentia). Ceterum haec Féderum suffixo धि terminata Abstracta ad illa in ति desinentia eandem habent rationem atque अधर अधम inferior infimus<sup>\*\*</sup>) ad consuetas Comparativi et Superl. formas per तर et तम effectas. Exempla in schol. ad Panini. exhibitus sunt haec: उपचर्धे = चर् (कामम् उपचर्धे), आङ्गवधे = ङ्ग ex euph. v. 51. (इन्द्राग्नौ आङ्गवधे), अियधे = अि (v. 51.), पिचधे = पिच्, मादयधे = मादय् = मद्. — Forma in ल्ये desinens, formā radici auctā, nonnisi in duabus a Panini propositis occurrit exemplis, interpositā auxiliari vocali इ, quā सू ex euphon. lege 101<sup>o</sup>. transit in प्; unde रोहिष्ये = रोहिष् et अव्ययिष्ये = व्यय् praefixo अ privativo. Cum Desiderativis quandam similitudinem offerunt haec formae, ita ut repetita syllaba sit abjecta et desiderativo characteri सू suffixum इ vel ई sit additum (v. haec suffixa in r. 615.), ये enim in Dativo femin. tam ab इ quam ab ई derivatur.

2) Cum Accusativi vel Genitivi terminationibus radici ipsi, tanquam Substantivo abstracto, adjunctis; ita ut Accusativus cum verbo युक्त्वा posse, Genitivus cum ईश्वरं पत्सु, उपसु sit constructus. Exempla traduntur haec विभातम् = भत्, formā radici auctā (अग्निं वी देवा विभातं ना शकान् वन्), अपलुपम् = लुप् cum formā radici purā (अपलुपं ना शकान् वन्), विलिषत् = लिष (ईश्वरा विलिषत्)

3) Cum terminatione एन्य ad causam quā aliquid agatur exprimendam (III. 4.

<sup>\*)</sup> V. librum meum *Conjugatione-System* p. 94. et 107. et *Analytical comparison of the Sanscrit etc.* in libro *Annals of oriental literature* p. 51454

<sup>\*\*</sup>) Haec vocabula una cum अम् subter jam alibi deduci a stirpe demonstrativā अ (v. r. 270)

३४). Exemplam ददुषीण्यः fortasse mendosum est pro दिदुषीण्य a Deu lexico दिदुष्ये टण्.

#### FORMATIO VARIORUM SUBSTANTIVORUM ET ADJECTIVORUM

611. Complures radices sine ullo adjecto suffixo abstractorum Substantivorum generis feminini significationem assumunt, sive simplices, sive cum praepositionibus conjunctae, e. c. आशा et मनसा *missum*, प्रतिष्ठा *promissum*, प्रतिष्ठा *gloria* (v. r. 10<sup>9</sup>.), आभा *splendor*, प्रतिष्ठा *mens*, धी *cogitatio*, irregulariter formatum a radice धी *cogitare*, भी *metus*, ह्री  *pudor*, रथ *certamen*, जम् *fames*, मद् *gutturum*, मन्त्रद्  *fortuna*, *perfectio*, चायद् et विपद् *infortunium*, भाग् *lux*, धान् *rupe*. Rarius nudae radices appellativorum substantivorum significationem habent, veluti वद् *in pes (avis)*.

612. Omnes radices, e Grammaticorum sententia, nullo suffixo adjecto, in fine compositarum vocum collocari possunt, ita ut significatione cum participio praesentis conveniant, semper tamen perpetuum qualitatem vel actionem exprimant. Harum compositionum prior pars Accusativi vice fungitur a posteriore, voce radicali, quia a participio, postulati;\*) e. c. अन्वये *aquam habens* (v. r. 170.), धर्मिण्ड *officiorum gnarus*. Neque tamen multa hujusmodi composita rari sunt frequentia, et maximam partem sunt Substantiva appellativa, e. c. प्रत्याद् *ru* (v. प्राय et षद्) *firm* vel *gr. s daemonicus*, proprie *caruem e lens*. Itam cum Adjectivis et Praepositionibus hujusmodi voces radicales compositae inveniuntur, e. c. मन्दभाग् *infelix*, proprie *paucia partens* a भाग् *partur*, पदित्राग् *mendicus ex volz*, proprie *circumiens* a धान् *ru* (v. r. 643.).

613. Radicibus in brevem vocalem desinentibus littera न् ad-

\*) Cf Latina hujusmodi composita veluti *artifex (fec-e) fabrica*.

ditur, ut majoris ponderis fiant, e. c. कर्मदत्त *factus faciens* a कृ, सर्वदित् *omnia vincens* १ द्वि\*) Nonnullae radices quarum finalem litteram अ vocalis praecedit, hanc vocalem producunt, e. c. भारवाद् *onus ferens* a वृद् *ferre*, nonnullae anomalam mutationem subeunt radices, e. c. वृ a radice वृ *vocare*

644 Radices गम्, यम्, मन्, तन् consonantem finalem abijciunt atque त् addunt, ut similes quae in brevem vocalem desinunt, e. c. अरण्यगत् *in silvam iens*

- पङ्कज v. गोयम.
- स aliquot format adjectiva, e. c. तृणास *gramineus a तृण gramen. cum तृद्धि,*  
*त्रास्य stanneus a त्रस्य stannum (v. r. 101<sup>o</sup>).*
- सात् in modum casus notae cum nomine rei conjungitur, in quam alia res mutatur.  
 Saepissime occurrit in constructione cum *कुं* *facere*, conjunctum praesertim cum  
*भस्मन्* *cinis*, e. c. भस्मसात् *यत in cinerem versus.*
- स्तात् format adverbia e prepositionibus, e. c. उपरिस्तात् (v. r. 101<sup>o</sup>) *super* ex उपरि  
*super अधस्तात् sub* et प्रस्तात् *in fronte, ad orientem*, a Grammaticis explican-  
 tur ex अधर et पूर्व, quamquam propiora sunt vocabulis पुरस् atque अधस्, a

quibus suppresso altero utro सू descendere poterunt nisi potius, id quod multo verisimilius est, verum suffixum est तात्, एत् cum Ablativi terminatione, ita ut sibi laus in अक्स्तात्, उपरिष्ठात् etc ad praepositionem primitivam sit referenda, vel pro euphonica l itera inserta habenda (cf r 111 परि, प्रति, सम्)

स्य format मनुष्य form a मनु *Manuus* stem femininum धेनुष्या\*) a धेनु secundum r 101<sup>2</sup>)

\*) Secundum WILS « A cow at the dairy or tied up to be milked »

## COMPOSITA

---

653. Radices plurimae, ubi verborum munere funguntur, non nisi cum praepositionibus quas in r. 111. attulimus, componi possunt; solummodo मन् cogitare, arbitrari, et verba auxiliaria अस्, भू esse et कृ facere cum aliis quoque vocibus composita inveniuntur; et मन् quidem cum व्रज conjugitur ad exprimendum magni aestimare, e. c. Indralök.

IV. 15. सम्मानम् व्रजमन्य honorem magni aestimando (cf. r. 635.); कृ facere cum अलम् सति conjunctum significat ornare, cum substantivo indeclinabili नामस् (adorato) adorare, cum adverbio तिस्र (flexuose) conviciari; cum पुरम् (ante) antepone. अस् et भू esse conjunguntur cum प्राडस् palam, ad exprimendum apparere, in conspectum venire, oriri. Praeterea radices अस्, भू et कृ conjunguntur cum substantivis et adjectivis, ita ut ई terminatio his adjiciatur, ante quam अ et आ vocales abjiciantur; e. c. कुण्डलीकृ annulum aliquid efficere a कुण्डल, मात्रीम् matrem fieri a मात्. उ et ऊ vocalibus in hujusmodi compositis ई quidem non adjungitur, उ autem producitur; e. c. लघुकृ levem efficere a लघु. Voces quaedam in स् desinentes, hanc litteram abjiciunt, deinde leges quas statuimus sequuntur, eaeque sunt: मनम् et चेतस् animus, रसस् pulvis, रसस् solitudo, चक्षुस् oculus, अलम् idem e. c. रङ्गीकृ, अक्षकृ. Nonnullarum vocum in अ erantium productio solummodo haec littera; e. c. दुःखाकृ dolore afficere a दुःख dolor.

654. Composita nominalia a Grammaticis in sex classes duntur, quarum quamque nomine signantur *technico*.

*et animus* (Indral.V.4.), युकामक्षिकमत्स्यणाम् (युक्ता + मक्षिक + मत्स्यण)  
*pediculi, muscae et cimices* (Man.I.40.).

661. Haec compositionis ratio praecipue adhibetur in componendis nominibus quae vel res sibi oppositas, vel corporis membra, vel notiones abstractas, et in universon sive res inanimatas sive animalia infimi generis expriment; id quod dilucide apparet ex exemplis regulae antecedentis. Nomina autem animantium quibus ratio tribuitur, nisi collective ad totum exprimentum genus exhibentur; hanc compositionis speciem non admittere videntur.

ANNOT. ग्रन्थान्य et परस्पर q v: in Glossario, a Grammaticis inepte *Dvandvorum* classi annumerantur.

662. Vocabula ex adjectivis duobus pluribusve composita, quarum singulae partes, quod ad significationem attinet, per *et* inter se conjunctae sunt, a Grammaticis inter *Dvandvos* non referuntur. Quae cum classium ceterarum nulli bene congruunt, neque classem separatam efficiunt, sed in libris grammaticis silentio omnino praetermittuntur, Copulativis apte ea accensueris. Exempla sunt: दृप्तपीन *rotundus et turgidus* (Indral.II.19.), हृपितस्रग्मोहीन (हृपितस्रग् + मोहीन v r.59.) *erecta florum sorta habens et vacuus a pulvere* (Nal.V.25.).

## CLASSIS SECUNDA:

### POSSESSIVA वज्ज्वीहि DICTA.

663. Hujus classis Composita sunt adjectiva vel appellativa, quae expriment personam vel rem possidentem id quod singulae Compositi partes designant. Posterius eorum membrum semper est substantivum sive adjectivum substantivi munere fungens, prius autem membrum, quaeque alia orationis pars praeter Verbum, Conjunctionem et Interjectionem esse potest, saepissime tamen est Adjectivum vel Substantivum, aut simplex aut compositum. E. c. कामोपहतचित्ताङ्ग

(Hidimb. II. 29.) *amore percussim animum et corpus habens*, e कामो-  
 हत (काम + उपहत) *amore percussus* et चित्ताद् (चित्त + अद्) *animus*  
 et corpus; पीनश्रीणीपयोधर (Nalus I. 32.) *turgida femora et mammas ha-*  
*ens* e पीन *turgidus* et श्रीणी + पयोधर *femora et mammae*; गरीन्द्रविक्रम  
 Nal. XII. 54.) *elephantum principis fortitudinem habens*, e गरीन्द्र (गद्य  
 + इन्द्र) *elephantum princeps* et विक्रम *robur, fortitudo*. Non semper  
 undem Numerum significant substantiva quae, in *Dvandvum* conjuncta,  
 posterius Bahuvrīhici Compositi membrum constituunt; e. c. सुभ्रना-  
 नाभिकेशन्त (Hidimb. III. 14.) *pulchra supercilia, nasum, oculos et co-*  
*nas habens.*\*)

664. Substantiva in fine hujus classis Compositorum posita  
 aliam mutationem non subeunt quam eam quae distinguendo generi  
 est necessaria; ita ut adjectiva haec composita nonnisi declinatione  
 a substantivo quo terminantur differant; e. c. vocis बुद्धि *f. mens*; in  
 composito पापबुद्धि *pravam mentem habens* (Nalus XIX. 5.), Masculi-  
 num flectitur sicut क्वडि (v. Tab. ad r. 154.), Femininum sicut simplex  
 बुद्धि vel मति, et Neutrum sicut वारि. — Substantiva fem. per इ vel  
 ऊ terminata sequuntur leges r. 169.; e. c. पद्मश्री *largam fortunam ha-*  
*bens* (Nal. XII. 46.), त्यक्ताश्री *relictam fortunam habens* i. e. *desertus a*  
*fortuna* (Nal. XII. 52.), सुश्रीणी *pulchra femora habens* (N. XII. 66.),  
 सुभ्र *pulchra supercilia habens*\*\*). Diphthongis terminata substantiva  
 ubi in fine Bahuvrīhium occurrunt, sequuntur r. 184. — सा finale s-



stantivorum fem. corripitur, nisi Adjectivum compositum item est femininum; e. c. विपुलच्छाय (e विपुल et छाया, v. r. 60.) *magnam umbram habens* (Indral. I. 24.), fem. ...या.) — Quae in consonantem desinunt Substantiva, si sunt Primitiva, Adjectiva constituunt generis communis, quae Neutrum a Masc. et Fem. non nisi in cognitis casibus distinguunt; e. c. सत्यवाच *verum sermonem habens* (Nal. XII. 54.). Eandem rationem sequuntur Substantiva quae suffixis इस् vel उस् terminantur (v. r. 232.), e. c. महाधनुस् *magnam arcum habens* (e महा v. r. 681. et धनुस् n.) in Nominativo trium generum sonat महाधनुस्, in Accus. masc. et fem. महाधनुषम्, neut. महाधनुस्. (Quae suffixo इस् formata sunt substantiva, in fine hujusmodi Compositorum, Masculinum et Fem. flectunt sicut अस्मास्, Neutrum sicut वचस् (v. r. 230.); e. c. दुर्मिन्स् *pravam mentem habens* (e दुर् et मन्स् n.) format Nominativos दुर्मिन्स् m. f. दुर्मिन्स् n. (cf. *δυσμενής, δυσμενής*). Quae aliquo suffixo in न् desinente terminantur substantiva, in fine Bahuvriuum flectunt Masc. et Neut. secundum r. 224 - 230., atque in Fem. इ characterem themati addunt debilissimo, ita ut e. c. नामन् n. nomen in Masc. flectatur sicut राजन् (Acc. बलनामानम् Nal. XII. 128.), in Fem. formet नाम्नी (सौम्यनाम्नी *quae molle nomen habet* Man. III. 10.).

665. Substantivis nonnullis in horum compositorum fine suffixum क additur, e. c. व्यूढोस्क् *firmum pectus habens* e व्यूढ + उस्, अङ्गमात्रक (Nal. XIV. 9.) *digiti mensuram habens*.

666. Adjectiva quae in fine Bahuvriuum inveniuntur, omnia substantive sunt accipienda, plerumque in genere neut. Hoc modo saepissime adhibentur पर n. et परम् n. *summum, eximium*; e. c. चिन्तापर (Nal. II. 2.) *cogitationem tanquam summum habens* i. e. totus in co-

\*) Simili modo in lingua Lat fit -s ex feminina terminatione o, in Graeca e-s ex a, v. e. c. *multicornis, πολύκεμος*

gitatione deflexus, cui synonymum est ध्यानपर (Nal. II. 3.); निःश्वात्पाम  
 gemitum tanquam summum habens i. e. gemitui omnino addictus (Nal.  
 II. 2.)\*). Simili modo आद्य sive आदि primus, पूर्व superior, primus,  
 पुरोगम antecedens adhibentur, ita tamen ut nonnunquam etiam sub-  
 stantivum masc. vel fem. significare possint; e. c. Nal. V. 39. स्रग्म  
 चोत्तमगन्धाद्याः सर्ताque eximium odorem tanquam primum habentia (i. e.  
 sarta quae odore eximio aliisque virtutibus sunt praedita); उत्तम-  
 गन्धाद्यः compositum est e membris उत्तमगन्ध eximius odor et आद्य n.  
 primum; — Nal. III. 5. लोकपाला महेन्द्राद्याः mundorum custodes mag-  
 num Indram tanquam primum habentes è महेन्द्र (महा + इन्द्र) et आद्य  
 primum; \*\*) Nal. III. 34. अग्निपुरोगमान् Agnem tanquam antecedentem  
 habentes; Hidimba II. 23. स्मितपूर्वम् इदं वाक्यम् risum tanquam pri-  
 mum habens (a risu exorsus) hic sermo; Bhag. X. 6. महर्षयः सप्तपूर्व  
 magni Sapientes septem priores habentes (i. e. in quorum fronte ver-  
 santur noti septem Sapientes), e सप्तन septem (r. 67.) et पूर्व prior.  
 Eodem modo in hujusmodi compositorum sine numeralia ordinalia  
 usurpantur; e. c. पाण्डवाः ....मातृपहाः Panduudae (quunque) matrem  
 tanquam sextum (sextam personam) secum habentes.

667. In priori Bahuvrihum loco e r. 663., Verbo, Conjunctione  
 et Interjectione exceptis, quaevis orationis pars admittitur. Fre-

\*) Quae composita etiam pro Totipurusche habere licet, ut sonent in cogitatione, in ge-

sumum est feminae.

\*\*) In exemplo priore utrum aliud quam neutrum putare non licet, quia neque ad sarta  
 neque ad odorem eximium spectat, sed ad virtutes, quarum tanquam prima et excellentis-  
 sima offertur odor eximius. Eloquentur enim epitheton, sarta eximie quidem odorata, praec-  
 terea autem ceteris quoque virtutibus praedita fuisse, quas in sermo pulchro esse oportet.

quentissimo in usu est Adjectivum,\*) deinde Substantivum; Adjectivis annumerantur participia, quorum saepissime invenitur part. pass. in *त* desinens; e. c. शित्तशोध *victam iram habens* i. e. *iram cohibens*, 'शित्त-  
 त्तन्द्रिय *victos sensus habens* (Sund. III. 2.), धीतशोक *remotum moerorem  
 habens* i. e. *moeroris expertus* (Nal. XII. 101.), ज्ञातमन्मथ *natum amorem  
 habens* i. e. *amore captus* (v. Gloss.). Exemplum part. praes. *Parasm.*  
 est स्रग्दोष (स्रग् + शोद) *tremētia labra habens* (Indral. V. 51.). —  
 Ad Substantiva pertinet Infinitivus (v. r. 640.); qui sicut alia nomina  
 in initio compositorum casus signum abjicit atque nudo suo themate  
 apparet; e. c. जेतुकाम *vincendi cupiditatem habens*. Pronominum, nu-  
 meralium, adverbiorum, praepositionum, particularumque inseperabi-  
 lium in *Bahuvrīhīum* initio positorum exempla sunt: तदाकार (तद् +  
 आकार cf. r. 267.) *illam formam habens* (Nal. II. 5.), मत्पर (cf. r. 263.)  
*me tanquam summum habens* (Bhag. II. 61.), मन्मनस् (pro मत्मनस् e  
 r. 58.) *in me animum habens* (Bhag. IX. 34.), चतुर्मुख *quattuor facies  
 habens*, सहस्रनेत्र *mille oculos habens* (Sunda III. 28.); तथात्रिध *talem  
 rationem habens, ita comparatus*, e तथा *ita* et विधा *modus, ratio*; सदा-  
 गति *semper itionem habens* (venti cognomen), एवमादौनि प्रलापानि *ita  
 primum habentia* (i. e. *ita incipientia*) lamenta (Nal. XIII. 43.). ex एवम्  
*ita* et आदि *primum*; निर्गति *expertus cognatorum* (Hid. I. 40.) e निर  
 (r. 111.) et गति *m*, विज्ञान (Hid. I. 23.) *ab hominibus vacuus* e वि  
 (cf. r. 111.) et ज्ञान *homines*, अपभी *liber a timore* ex अप (r. 111.) et  
 भी\*\*), उन्मथ (Nal. XXI. 7.) *sursum (elevatum) vultum habens* ex उत.

\*) Adjectiva etiamsi ad femininum Substantivum referantur, tamen in themate, quod Masculinū et Neutrū commune est, ponuntur, ubi tamen Femininum Adjectivi ejusdem substantive accipitur, femininum thema adhibetur, e. c. सुशोभाय *pulchris comis praeditam femurum tanquam uxorem habens*,

\*\*) Cf. Latina et Graeca composita veluti *exsanguis, excors, absonus, abnormis, ἀρό-  
 Συμο, ἀρόσφι*.

et मूल (v. r. 58i), अमल sine maculis ex अल्लेत् मल, अनङ्ग sine corpore ex अङ्ग et अङ्ग interjecto नू (v. r. 114.), उरात्मन् pravam mentem habens ७. उर (r. 114.) et आत्मन्.

668. Praepositiones सम् et सह cum rarissime in hujusmodi compositis inveniuntur; saepissime autem synonymum स, cujus usus fere in Composita bahuvrthica est coërcitus; e. c. सभार्यं secum uxorem habens (v. Gloss.)\*

669. Prius Bahuvrthium membrum, si substantivum est et Locativi significationem continet, hoc casu exhiberi potest; e. c. उरसिलोमन् in pectore pilos habens.\*\*)

## CLASSIS TERTIA.

### COMPOSITA DETERMINATIVA, कर्मधात्युक्ता.

670. Hujus classis compositorum membrum posterius vel substantivum est, vel adjectivum, quod priore membro accuratius definitur sive describitur, neque vero sicut in Bahuvrthibus, categoriae suae

\*) Quae composita e s et substantivo formata sunt, quod ad formam attinet, adjectiva quidem sunt, aliorumque ad instar Bahuvrthium suo cum substantivo congruunt genere, numero et casu, si autem significationem respexeris, membrum ultimum plerumque retinet indolem substantivi, ita ut vox composita valeat Substantivum quod per cum vel et cum alio substantivo sit constructum; e. c. Brahmanayil. I. 11. «Audiebant nocerere genitum sonum Brahmani illius et uxoris» (तस्य चित्रस्य सभार्यस्य), quod formam solammodo spectata valet «Brahmani cum uxore versantis.»

\*\*) Quodsi vox quae manum significat cum nomine rei quae manu tenetur conjungitur, illa posterius, res autem quae manu tenetur prius compositi membrum fit, e. c. दूलाहस्त (e दूल हास्ता et हस्त manus) hastam in manu gerens. Ex analogia hujusmodi Composita cum memorato उरसिलोमन्, ordinem conversum हस्तिलोमन्, sive in Locativo,

दूलहस्त igitur, si formandi rationem spectemus, hastam praeditam manum habens.

grammaticali adimitur: ' Prius' membrum, excepto Verbo\*), quaevis orationis pars esse potest; frequentissima autem Substantivorum cum antecedente Adjectivo est conjunctio, vel Adjectivi cum antecedente Substantivo. Exempla sunt: दिव्यकुसुम *m. coelestis flos*; तीव्रशोक *m. acerbus moeror*; सुपुष्पगन्ध *m. purus odor*, 'प्रियभायी *f. amata uxor*, 'सप्तर्षयश्च *septem sapientes*, 'अधिपति *'dominus* (verbo tenus *sūpra-dominus*), अज्ञोचित *n. non vita, mors*, अभय *n. non timor, anima* 'fortitudo, अद्भुत *invisus*, सुमहत् *valde magnus*, परमदंष्ट्रा *'eximie terribilis*, सहस्र *una natus, innatus*, अतिमानुष *'ultra humanum*, 'दिनाकृतः *sinē-fac-tus*, i. e. *privatus*, भूधरविस्तीर्ण\*\*) *ad montis instar expansus*; नीलाम्बुदश्याम *ad caeruleae nubis instar caeruleus*, मनःपावनगामिन *sicuti animus et ventus tens (velox)*; 'त्यक्ताजीवितयोधिन् *relictū vitā pugnans* (i. e. *relicto vitae desiderio pugnans*).

674. Interrogativum किम् tanquam exclamatio admirationis alicui substantivo antepositum, diminutionem vel contemtionem exprimit; e. c. किंराजान् *rex despectus (qualis rex?)*\*\*\*).

\*) WILKINSON et FORSTERUS e Grammaticis Indicis afferunt composita quorum prius membrum est secunda pers. Imperativi; e. c. एहिय, एहिवानिय, घादरुचेल्ल; apud scriptores tamen hujusmodi formas nusquam inveni-

\*\*) Hoc atque quae sequuntur exempla, e Mahā-Bhārati partibus a me editis desumpta, ad hanc neque vero, ut prius mihi placuit, ad classem subsequentem referenda esse censeo, quia membro compositi priore Adjectivum subsequens non nisi illustratur et definitur; neque vero ulla in illo inest consueta casus ratio.

\*\*\*) Etiam stirps fem. कः, deinde stirps कु (unde कुत्र *ubi* et कुत्रम् *unde*) atque neutrum कम्, कद्, quod e stirpe क formatum expectaveris (v. r. 267.), in hujusmodi conjunctis inveniuntur: Videre velis apud WILSONUM कपुत्र्य, पुत्रनु, पुत्रुण, कपुण, कतोय. Inter Bahurithū quoque dujusmodi composita sunt; e. c. पुत्र्य *malum sonum faciens, malam vocem habens*, कारत्र *cornu* (quasi *quam malum sonum habens*), पद्मिल *nubes (qualem aquam habens)* et neutro obsoleto कम् (r. 61.) et तल *aqua*.

## CLASSIS QUARTA.

## COMPOSITA DEPENDENTIAE तत्पुरुषेण दिक्ता.

672. Hujus classis compositorum membrum prius a posteriore pendet, ita ut cujusvis casus rationem exprimere possit, Nominativo et Vocativo exceptis. Vel utrumquē compositi membrum est substantivum, vel prius tantummodo, posterius autem adjectivum et plerumque quidem participium in ण्त् desinens. Substantivi prioris vice pronomen quoque substantive positum fungi potest. Exempla sunt: धीरसेनस्तु *Virasēti filius*, महीपति *terrae dominus*, हस्त्यश्चरघोष *elephantorum equorum currium strepitus\**, मद्दचस् *meus sermo (mei sermo)*, अस्मद्विषय *nostra regio (nostri regio cf. r. 679.)*, त्रिदिग्गत (= त्रिदिग्) *ad coelum profectus*, हृच्छयेपीडित (= हृच्छयेन) *amore vexatus*, शोकसन्तप्त (= शोकेन) *moerore ustus*, क्षुत्पिपासापरिश्रान्त (= क्षुत्पिपासाभ्याम् cf. r. 665.) *fame et siti confectus*, भार्यासम\*\* *uxori similis*, मलीप्त (= मर्त्या) *in terra dormuens*, नभश्च्युत (= नभसम् cf. r. 75.) *de coelo lapsus.\*\*\**

673. Sunt etiam *Ṭatpuraschū*, quorum priore in membro casus ratio formā quoque exprimitur. Vocabula ita conjuncta ea tantum de causa in compositorum referenda sunt numerum, quia vel tanquam appellativis sive nominibus propriis unitatis his inest vis, vel eorū membrum posterius in usum separatum receptum non est. Exempla sunt, युधिष्ठिर, *Judhuschtinus* (युधि *in pugna*, स्थिर *firmus*, r. r. 109.), ऐश्वर *avis* (ऐ *in aere*, चर *tens*), अलिशय *piscis* (अलि *in aqua*, शय *dormiens*), सरसिद्र *lotus* (सरसि *in aqua*, द्र *natus*), दिविद्र *in coelo natus*,

\* एतन् *elephantus* (r. r. 67.), अश्व *equus*, एष *currus*, घोष *strepitus*.

\*\* = भार्यासम, समं *caim postulat Genitivum*.

\*\*\*)-Ad hanc classem pertinent etiam quae in r. 170. sqq. memoravimus composita.

*divinus*, दिवस्पति *coeli dominus*, Indri nomen (दिवस् Genitivus vocis दिव्, cf r 79), दिवोदास <sup>1</sup> *coeli servus*, nomen proprium Huc referenda sunt composita in r. 645 p 257. <sup>1</sup> descripta, sicuti अग्निन्दम *hostem domans*\*)

## CLASSIS QUINTA.

## COMPOSITA COLLECTIVA द्विगु दिक्टा

674 Comprehendit haec classis Collectiva, quae antecedente voce numerali accuratius sunt determinata, eundem in modum quo Latine dicitur *biduum, triduum, quadriduum, biennium* pro *biannum* etc Substantivum finale, generis primitivi ratione non habitâ, sive neutrum est quod plerumque <sup>1</sup> *अ* vocali terminatur, sive, vocali finali in ई commutatâ, genere feminino notatur, e. c. त्रिगुण *n. tres qualitates* (गुण *m*), त्रिखट्ट *n* sive त्रिखट्टी *f. tria cubilia* (खट्ट *f*), पञ्चेन्द्रिय *n. quinque sensus* (पञ्चन् + इन्द्रिय *n* v. 67.), चतुर्वर्ग *n. quattuor mundi aetates* (वर्ग *n*), त्रिरात्र *n. tres noctes* (रात्र loco रात्रि cf r 681.), पञ्चाग्नि *n. quinque ignes*\*\*) (अग्नि *m*), त्रिलोकी *tres mundi* (लोका *m*) — E गो *bos*, vacca formatur गव *n*, e नौ *navis* नाव *n*, e पथिन् *2. in* पथ *n* Quae in अन् exeunt voces, litterâ न् abjecta, neutra in अ sive feminina in ई fiunt, e c त्रितच्च *n* sive त्रितच्चो *f. tres fabri* (तच्चन् *m*)\*\*\*)

\*) Alorum ac Locativi, Accus et Genit. casuum signa non inveniuntur cum WILKINSIO enim vel grammaticis indigenis तमना वृत्ते *te christi oppertus* प्रासादात् पति *de palatio lapsus* similiaque, compositus annumeremus necesse non est, cum neque appellativa sint, neque nomina propria, neque vocem contineant quae simplex usu non recepta sit.

\*\*) Sol scilicet atque flammae quattuor, mundi regiones quatuor versus accensae, qui lus se opponunt qui vtae austeræ operam dant

\*\*\*) Voces quae aliâ ac न् consonante terminantur, inveniunt non videntur in fine hujus classis Compositorum, quae in universum usu non sunt frequentata Necesse enim esse non censeo, ut cum WILKINSIO (p 376 et 377) hujus classis Compositorum tria genera statuimus etenim त्रिरात्र *tres reges habens Bahurthe* est ad instar त्रिलोचन, चतुर्वर्ग sumi

## CLASSIS SEXTA.

COMPOSITA ADVERBIALIA अन्वयीभावेन मूलात् । ११

675. Haec classis Adverbia composita comprehendit, quorum membrum prius semper est vox indeclinabilis, posterius autem substantivum, cui neutralis datur terminatio. Vocales igitur longae, et simplices et diphthongi, secundum r. 215. corripuntur, ita ut eam assumant formam, quae Neutorum Accusativo et Nominativo sing. est communis. Substantiva in अ et आ desinentia formant igitur अन्; quae in इ, ई, ऐ exeunt, formant इन्; et quae per उ, ऊ, औ, औ terminantur, formant उन्. Latissime in hac classi substantivorum in अ et आ desinentium patet usus, neque vero ea in इ cum यया conjuncta raro inveniuntur\*). Exempla sunt अन्वयान् non dubium, sine dubio (संशय m.), अन्वयणम् eo momento, statim (क्षण n. momentum), प्रत्यक्षम् in conspectu, contra (verbo tenus aduersus oculum अन्वय loco अन्वय vid. r. 681.), समक्षम् in conspectu, ante oculos (ad verbum eum oculus\*\*),

liumque; ita etiam अन्वय त्रय Adhaca (i. e. trium Adhacorum mensuram) habens, atque अल्लिखिता similia, classi possessivae non sunt adimenda, quia haec classis eujusmodi rationis substantiva, neque non quae mensuram exprimant, tanquam compositi Adjectivi membra posteriori recipere potest.

\*) Alias vocales laxae apud scriptores legere non memini

\*\*) Irregularae hujus classis compositum est अन्वय (e et cum et अन्वय), quia membro posteriori Ablativi impressum est signum, significatione autem illi cum अन्वय et अन्वय convenit, ita tamen ut semper absolute ponatur (Udralok. II. 16. Swal. I. 17. Ram. ed. Schleg. XIV. 5. XII. 6.), quom illa saepe Genitivum secum habeant vel cum voce quae Genitivum significat composita sint, e. g. अन्वय. 14. अन्वय त्रय in tuo conspectu, eorum te, अन्वय eorum me, me praesente अन्वय 15. (cf. r. 263.). Cum अन्वय constructum, comparationem confirmat अन्वय. अन्वय इत्ये enim valet sicut ut (अन्वय 20. अन्वय. XXIII 6.), quasi = *sichtlich wie, augenscheinlich wie*. Verbo अन्वय congruae est formatum अन्वय (e cum et अन्वय fini) undique, omnibus partibus.



परोक्षम् *in absentia, procul, oppositum* verbis प्रत्यक्षम् et समक्षम् \*), अति-  
मात्रम्, अत्यर्थम् *ultra modum*; *mīrūm in modum* (मात्र *mensura* अर्थ *res*),  
अभिमुखम् *in conspectu, coram* (मुखं *n.* Mahus II. 193), निरन्तरम् *sine*  
*intervallo, sine divisione, simul, conjunctim* (अन्तर *n.* *intervallum* Sund.  
I. 4.), अनन्तरम् *illico, proxime post*; (verbo *tenuis sine intervallo*), सार्धम्  
*cum*; (verbo *tenuis cum dimidio, e* स *et* अर्ध *dimidium* \*\*), यथायामम्  
*sicuti* sive *secundum, desiderium* (धाम *m.*), यद्यत्साहम् *pro viribus*  
(उत्साह *m.*), यथाशक्तम् *secundum, fiduciam* (शक्ता *f.*), यथाविधि *secundum*  
*praeceptum* (विधि *f.*), यथाशक्ति *pro facultate* (शक्ति *f.* \*\*\*) — Irregulare  
hujusmodi compositum est यथातथम् *ad veritatem* (Indral. V. 52.), ubi

\*) परोक्षम् valet *ultra oculum, post oculum, cujus membrum prius non per alius esse*  
potest, quia परं cum वक्ष्यं formaret पराक्षम्. Quodsi vel irregularem inter प्रा et या statu-  
rimus permutationem (cf. r. 254. not. 1.), tamen परं heic locum habere non posset, quia hu-  
jus classis compositorum membrum prius indeclinabile sit necesse est. Verisimile igitur  
videtur analogum cum परं ante fuisse adverbium परम्, quod *post, ultra* valuerit neque  
verò in usu separato remanserit. Inter परं *alius* et परम् eadem intercesserit relatio quae  
inter परम् ante et परं anterior. E परं autem et वक्ष्यं coalescentibus secundum r. 76. effi-  
citur परोक्षम् sive परोक्षम् — Ubi प्रत्यक्ष et परोक्ष *visibilis et invisibilis* significant (Nal.  
XX. 12 et 13.), non ad hanc sed ad class. possess. sunt referenda, quia Adjectivo exorto,  
membra posterioris indoles substantiva abjicitur. Male igitur WILSONUS adjectivo सक्ष  
tribuit significaciones *before, in presence or sight of, visible*, quarum ultima tantum adje-  
ctivo debetur; priorès duae autem *Asyapshdoo* सक्षम्.

\*\*) Longius petitus, quo WILSONUS illud e स et शक्त *auctus* interpretatur, videtur mod-  
us, praeterea sec. r. 36. सक्षम् ex his conjunctis evaderet, neque verò सक्षम् (vel सक्षम्  
r. r. 205.)

\*\*\*) यथा *sicut* in hujusmodi compositis frequentissimo est in usu, et significacione *sicut,*  
*secundum, ad,* cum omnibus, praesertim cum abstractis Substantivis potest conjungi,  
quum alia Indeclinabilia sive ad certa quaedam vocabula, jubente loquendi usu, adstricta  
esse videntur; sive in hujus classis compositis *simul, conjunctim, e* sive *simul, conjunctim, e*  
sive *simul, conjunctim, e* Aliquando Instrumentali quoque notatum invenitur substanti-  
vum finale, i. e. *सोव्यादेन* (edit. Londin p. 30.) *cum labore, व्यवहारे, sine labore, निर्विघ्नयेण*  
*sine distinctione* (p. 33.).

तया 'ita, ex analogia substantivi, femmini, signo neutrali est affectum, et sensu quoque Substantivi quod veritatem significet vice fungitur (cf. Bah. वितथ in Gloss.). Simili modo formatur यथायथम् e. यथा + यथा. 1676. Substantiva in consonantem exeuntia in horum compositorum sine rarissime occurrunt; quae autem ibi adhibentur, consonanti finali अ adjungunt vocalem, quae cum म् adverbiale conjungitur; e. l. सर्वतोदिशम् (Nat. XVI. 5.) quaecunque regionem versus (सर्वतोदिशम् cf. r. 662. de suffixo त्स्, et दिग्- plaga coelestis). Voces in अन्- desinentes, litteram न् abjectam, solvant अम्, e. c. प्रत्यहम् quoque die, quotidie (e प्रति et अहम् m dies), अन्वहम् id. ex अन् + अहम् (Man. II 167.).

### DE SEX CLASSIBUS IN UNIVERSUM.

1677. Idem compositum sensu diverso classium diversarum esse potest; e. c. दीर्घबाहु longum brachium simul et brachia longa habentem potest significare; quorum prior in loco in Determinativorum, non posterior in Possessivorum numero habetur; त्रिगुण tanquam neutrum singulare, significatione tres qualitates, est Collectivum, idemque eadem significatione, plurali notatum, simul genere masculino verbi गुण proprio servato, inter Determinativa referendum est; ubi autem adjectivum, praeditum tres qualitates habentem significat, Possessivis annumeratur.

678. Quavis sex classium quodcumque compositum e duobus tantum constet membris, alterum utrum tamen sive utrumque horum vicem. Compositum, esse potest, quod in voce compositiva pronuntiate habetur; e. c. दृष्टितलग्रहीनिन erectu seta habens et pulchris expers est Dvandvus (r. 662.) cujus membrum posterius est Tatpuruschus, prius autem Bahuvrithis; vocis कामोपहतचित्तम् amore percussum animum et corpus habens membrum prius कामोपहत est Tatpur.

cujus cum *Dvandvo* चिन्ताङ्ग *societas* efficit; *Bahuvrīhe*. Haec autem composita, quorum utrumque compositum est membrum, rarius occurrunt, frequentissime vero ea, quorum alterum compositum alterum simplex est membrum; e. c. नीलनेत्रियाम् (Hid. I. 37.) *sicuti caerulea nubes caeruleus*, est *Karmadh.* cujus membrum prius नीलनेत्र et ipsum est *Karmadh.* (cf. r. 670.); पूर्णचन्द्रनिभानन (Nal. XI. 32.) *plenae lunae similem et tulum habens* est *Bahuvr.* cujus membrum prius, (पूर्णचन्द्रनिभ) est *Tatpur.*, cujus denuo membrum prius पूर्णचन्द्र est *Karmadh.*; पुष्यगन्धधियास (Indral. II. 17.) est *Bahuvr.*, cujus membrum prius पुष्यगन्ध *bonum odorem habens* et ipsum est *Bah.*, quod ad formandum *Bah.* novum (*bona odore praeditum odoramentum habens*) cum substantivo simplici ग्रन्धियान् *odoramentum*\*) loculus inicit.\*\*)

679. Pronomina primae et secundae personae, in initio Compositorum, loco thematis utuntur Ablativo, plerumque singulari ad singularem et plurali ad pluralem rationem exprimendum; potest etiam Ablat. pluralis trium numerorum significationem exprimere, quam ob rem a Grammaticis pro themate habetur (s. r. 264, 265.); e. c. गच्छन् *ricus sermo*, त्यद्वृत्तान् *tuus et virtutis perfectum animum habens*. Exempla ubi Ablat. plur. singularis loco

habetur rarius occurunt; invenitur, ut exemplum proponamus, अस्म-  
त्पुत्राणाम् *filiorum meorum* (Hitop. ed. Lond. p. 5. lin. 3. ab imo).

680. Adverbium पूर्वम् *prius, antea* nonnunquam cum quodam participio in त् desinente ad *Karmadhārayam* componitur, converso quem ex sensu exspectaveris ordine, ita ut Adverbium in Compositi sine positum casuum terminationibus instruat; e. c. दृष्टपूर्वं (Nal. I. 29.) *antea visus* pro पूर्वदृष्ट (v. r. 686.), आस्वादितपूर्वं *antea gustatus* (Ram. ed. Bonn. I. 9. 36.), उक्तपूर्वं, *antea dictus*, (l. c. I. 58. 19.)

681. Sunt quaedam voces quae in Compositis per alias ejusdem significationis et formā cognatas supplentur, quae separatae usu non conservatae sunt nec partim fortasse unquam in separato usu fuerunt. Notentur haec vicariae voces, ordine alphabetico dispositae, quae vel in fine Compositorum tantum adhibentur, vel, ubi discrete id divimus, in initio:

अक्ष m. pro अक्षि n. *oculus*.

अङ्गुलि in comp. nonnullis pro अङ्गुलि *digitus*.

अङ्गुलि in comp. nonnullis pro अङ्गुलि *manuum junctio*.

अध्व cum nonnullis praepositionibus inseparabilibus conjungitur, pro अध्वन् *via*.

अनस in *Karmadh.* pro अनस *currus*.

अयस in *Karmadh.* pro अयस *ferrum*.

अशम in *Karmadh.* pro अशमन् *lapis*.

अष्टीव in Copulativis speciei secundae pro अष्टीवत् *genus*.

अह् in comp. nonnullis pro अहन् *dies*.

अहन् tanquam membrum prius, pro अहन् *hies* (v. r. 220).

अह् in comp. nonnullis pro अहन् *dies*. Mutatur न् hujus vocis in ह्, ubi priore Compositi membro continetur, una litterarum  
- 1. 94<sup>a</sup>). commemoratarum; e. c. अपराह् *tempus pomeridianum*.

- इव in comp. nonnullis, originis obscurae, voci अण् *aqua* substitutum esse dicitur. ॥
- उज्ज in *Karmadh.* nonnullis pro उज्जन् *bos*. ॥
- उपासा in Copulativorum initio pro उपस *diluculum*. ॥
- काशुद् in Possessivis nonnullis pro काशुद् *palatum*. ॥
- गन्धि in *Karmadh.* nonnullis pro गन्ध *odor*. ॥
- ग्रह in Collectivis pro गो *m. f. bos*. ॥
- इ et इ in Possessivis nonnullis pro इन् *genu*. ॥
- तमस in *Karmadh.* cum सन्, अत्र et अन्ध pro तमस् *obscuritas*
- दत् In Possessivis nonnullis pro दन्त *dens* \*) ॥
- दिवा in comp nonnullis tanquam unum membrum prius pro दिवन् *dies*. यावाः pro दिव् *caelum* in compositis copulativis antecedit vocēs quae terram significant.
- धर pro धर *onus*
- नाभ in comp possess pro नाभि *umbilicus*.
- नाव in comp nonnullis pro नौ *navis*
- पथ pro पथिन् *via*
- प्रदास् in Possessivis post अ, स et उरु pro प्रदा *progenies, populus*, *subdit* usurpari potest, rarius tamen occurrit ॥
- ब्रह्म in *Karmadh.* nonnullis pro ब्रह्मन् *Brahmanus*

\*) दन् etiam in usu separato fuisse videtur, invenitur enim apud WILSONUM, qui dualem दन्तो, pluralem दन्तस्, accus. दन्तू, ei tribuit, unde patet, id esse participium praesentis, atque dन्तू formam fortem, दन्तू autem formam esse debilem (v. r. 185 b) Accuratius haec vox quam vulgare दन्त latino *dens* et graeco *ὀδόντος* (non *ὀδών*) congruit, quae et ipsa corruptae formae participiales esse videntur. A दन् sive potius a fortiore themate दन्तू vulgare दन्तū originem habere videtur, unde primitiva forma दन् Nominativum singularem दन्तू loco दन्तū assumit (cf. WILSONUM). In compositis autem दन् Nomin. primitivum दन् tuetur, e c. सुरद, Acc. सुरदन्तू, Instrum. सुरदन्ता etc. WILSONUS दन्तū repetit e दन्तू *dar are* ut sit pro दन्तू, verum autem similitas mihi videtur, et दन्तू *edens* illud esse corruptum seculi. मन्तू ex घन्तू.

भूम in comp. nonnullis pro भूमि 'terra.' (cf. Hitop. ed. Lond. p. 74. l. 4. ab imo) in Copulativis speciei secundae, pro भ्रु. *supercilium.*\*)  
 मूर्ध (मूर्ध) pro मूर्धनि (मूर्धनि) *caput* in Possess. cum द्वि. et त्रि.  
 मह, pro महत्. significatione *avus*, et (femin. महती significatione *avia*, cum पिता et माता (e पित, मात. cf. r. 656.) conjunguntur; unde पितामह *avus paternus*, etiam epitheton Brahmae, पितामहो *avus materna*, मातामह *avus maternus*, मातामहो *avia materna.*\*\*) —

महा pro महत्. *magnus* in priore Possessorum et *Karmadhārayo-*  
*rum* membro, e. c. महाबाहु *māgna brāchīa "hābens*, महावन *m. magna silva* (cf. annot. ad Nal. XIX. 16.). Ubi महत्, in priore *Tatpuruṣhi* loco, substantivi fungitur munere, id non mutatur (cf. Hitop. ed. Lond. p. 74. l. 4. ab imo).

मेघस् pro मेघा *ingenium* in Possess. cum अ, स, इ, अल्प et मन्द-  
 राज pro राजन् in *Karmadh.*; e. c. महाराज *magnus rex*.  
 रात्र pro रात्रि in Copulatt. speciei secundae, Collectivis et *Karma-*  
*dhārayis*.

वर्चस् pro वर्चस् in *Karmadh.* et *Bahuvr.* nonnullis.  
 श्रेयस् pro श्रेयस् *salus* in *Karmadh.* et *Bahuvr.* nonnullis.  
 स tanquam membrum prius pro सह, quod et ipsum occurrit.  
 सक्य pro सक्य *femur* in Possess. et *Karmadh.* nonnullis.  
 साध pro साधि *amicus* in *Karmadh.* et Collectivis.  
 सरस् pro सरस् *lacus* in *Karmadh.*

\*) W... .. legitur अत्र (p. 571.), ut mihi videtur, vitiose. *Ex...*

\*\*) Grammatici haec verba pro simplicibus usave... ..  
 ferentes.

682. अहम् *ego* in irregularium quorundam compositorum exordio legitur, quae jure inter *Karmadh* referuntur; अहङ्कार, 'अहङ्कृति *sui studium*, *superbia*, *numius sui amor* (verbo tenus *ego-factus*), अहङ्कृत *superbus*, *sui amans* (*ego-factus*), अहम्पूर्विका *certamen de principatu*\*, अहमहमिका *gloratio*, ab अहमहम् *ego-ego* per इका (r. 652) derivatum. अहम्पूर्विका अहम्पूर्विका अहम्पूर्विका अहम्पूर्विका अहम्पूर्विका अहम्पूर्विका अहम्पूर्विका अहम्पूर्विका अहम्पूर्विका अहम्पूर्विका

(\*) Ut accuratius verbum definiamus, est invicem sibi inclamare *ego, prius*, per suffixum इका (r. 652) derivatum ab अहम्पूर्वम् *ego prius*.

# INDECLINABILIA. 141

## ADVERBIA.

683. Adverbia diversi generis formantur

1. Suffixis *Taddhitas* इ, एवञ्, तमाम्, तराम्, तञ्,

दानोम्, ध, धा, ध्य, र्हि, वत्, शम्, स, सात्, स्तात्, de quibus  
r. 652. videas.

2. Charactere Accusativi in omnibus ex Adjectivis in ऋ desinentibus\*);

c. c. शोघम्, क्षिप्रम् *celeriter* a शोघ, क्षिप्र *Adj. celer*; सततम्, नित्यम्  
*semper*, a सतत, नित्य *aeternus*, अज्ञातवासम् (Nal. XV. 19.) *incognita*  
*habitatione*, in occulto, अ, Bahuvr. अज्ञातवास *incognitam habitationem*  
*habens*. Nonnulla etiam Substantiva Accusativum Adverbii loco  
ponunt, itaque कामम्, सुखम् *libenter*, *curi voluptate* a काम *m.*  
*cupiditas, desiderium*, सुख *n. voluptas*.

3. Terminatione Instrumentalis plur. Adjectivorum nonnullorum, quae

in ऋ desinunt, e. c. उच्चैस् *alte, clara voce*, ab उच्च *Adj. altus*,  
*magnus*; उच्चकैस् *id.* ab inusitato उच्चक, *Deriv.* ab उच्च; नीचैस्, नी-

\*) Etsi ऋ terminatio tam masculini quam neutrius Accusativum denotare potest, hi  
Accusativi tamen ad neutrum sunt referendi, quia Masculinum nimis definite ad personam  
respicit, Neutrum autem proprie attributum abstractum significat, genere caret, et, ex-  
ceptis Adjectivis quae in ऋ desinunt, etiam in Nom. et Accusativo idem est atque thema.  
Nonnulla Adjectiva उ वो

प्रहु *multum*, साधु *bene*, ( *difficite*, quae item tanq-  
livo habent communem



चर्कन् *humiliter*, ab Adjectivo नीच ejusque inusitato Derivativo नीचक\*), ग्रन्थेन et ग्रन्थेन *lente* ab inusitato ग्रन् et ग्रन्क.

1 Compositionibus Classis, quae ग्रन्थयोभावा vocatur (cf r 675.)

681 Complura Adverbia, casus, cujusdam obliqui Singularis terminatione instructa sunt, pro adverbis autem habentur, quia terminatio, quae Casus denotatur, consuetae significationis fines transgreditur, aut, quia thema, a quo descendunt, nullo alio in Casu est servatum. Accusativi enim sunt रक्षणीम् *tacite*, नक्तान् *noctu* (ab inusitato नक्त vel नक् cf *nox, noct-us*), किम् *cur?* मांम्यतम् *nunc*, रक्षन् *clam, in occulto* (रक्षन् *n locus occultus, secretum*), तत् *propterea*, यत् *quam ob rem*, तावत् *tam diu, catenus, interea*, यावत् *quam diu, quatenus* (r 283) Instrumentales sunt चिरेण *diu, multo post*, अचिरेण *mox, brevi*, दक्षिणेन *meridiem versus*, उत्तरेण *septentrionem versus*, सहसा, अद्भ्यसा, तद्भ्यसा *celeriter\*\**), दिवा *die* (quod videtur a themate दिव् esse derivatum), तेन *eam ob rem*, येन *ubi, quo, quorsum* Dativi sunt चिराय *diu, multo post*, अद्भ्यय *mox, proprio die*, ab अद्भ्य pro अरन्. Ablativi sunt व्यलात् *tu, a व्यल vs, robur*, पश्चात् *postea*, (a पश्च ceterum inusitato, cf. *post*), चिरात् *diu, longo ex tempore*, अचिरात् *prope, celeriter, अकस्मात् subito, sine causa\*\*\**), आरात् *prope,*

\*) उच्ये et नीच descendunt a praepositionibus ऊच् et नि, quarum posterior, vocalem pro dicit, adjecto suffixo च, unde videtur esse oppositum esse voci ऊच्. Cum नि, id quod jam ab hi observari, edhaeret Germanicum *nieder deorsum*, in antiquissima dialecto, *nīdar*, a ni adjecto Comparativi suffixo dar (cf Latina *sub-ter a sub praec-ter a praec-etc*) eodem modo *wi dar* (*ho lie wider*) contra cognatam est cum नि.

\*\*) Ut तद्भ्यसा pro Adverbio habeatur, necesse non est, quia Instrumentalis rationem praepositionis cum significat similiter अद्भ्यसा et सहसा originem traxerunt e Substantivi अद्भ्यन् et सहसा, quorum tamen prius duo casu non usitatum est, posterius a significatorem *celerius* non invenitur.

\*\*\*) Hocce atque praecedens Adverbium Composita sunt classis ग्रन्थयोभावा dictae secundum analogiam vocabulorum सलात् et सपशात् v r 675. not., ita ut चिर *longue* et किम् *quid* pro substantivis sint habita.

*in propinquo.* Genitivus test: चित्तम् *tandem*, *multo post.* Locativus est: प्राङ्गे *ante meridiem*, a प्राङ्गे (cf. प्राङ्गितन p. 275.).  
 6852 Ex *corum* Adverbiorum numero, quorum formatio ad generalem quandam normam referri, aut origo certo demonstrari non potest, usitatissima, in ordine alphabetico, haec sunt: अ *non* (tanquam Praefixam v. r. 114.), अतो *valde* (ex अति *super* et इव *sicut*), अद्य *hodie*, *ntunc*), अर्धना *nunc*. (Instrumentalis esse videtur), अल्पम् *satis*, अग्रे *celeriter* (cf. अग्रे इति *ita*), इत्थम् *ita* (v. p. 277.), इव *sicut* (semper postponitur), इह *hic* (a stirpe demonstrativa इ v. r. 270.), इत्तम् *paulum*, एव *sic*, *scilicet*, *perfecto*, एवम् *sic*, कश्चित् Adverbium interrog. (*an*, *num*)\*\*\*), किञ्च (किम् + च) Adv. interrog., वा *ubi*? कश्चित् *alicubi*, किल *certo*, क्व *certo* (saepe expletive ponitur), क्वाम् *unquam* (plerumque cum *न non* conjunctum est, ad exprimendum *nunquam*), दिष्ट्या *macte*, *proh felicitatem!* (v. Gloss.), दुर् *male* (tanquam praefixum r. 114.), न *non*, नाना *multum*, *multifariam*, (proprie Adjectivum indeclinabile, quod non nisi in priore *Karmadhārayorum* membro invenitur), नाम *nomine* (a नामन् *nomen*), नूनम् *certo*, नो *non*, पत् *ultra*, *posterius*, *post* (v. Gloss.), पुनर् *iterum*, पुनः *ante*, पुनः 1. *olim*, 2. *pius quam*; पृथक् *separatim*, प्रभति *inde a* (v. Gloss.), प्राडम् *aperte manifestot*), प्रातर् *matutino tempore*, *mane*, प्रायस् *plerumque*, प्रेत्य *post mortem* (vid. Gloss.), भूयस् *plus*, Comparativus a बहु *multum* (v. r. 251.), ना, मास् *ne* (v. Gloss.), माश्चिम् *statim* (v. Gloss.), मिथ्या

\*) Ut mihi videtur ex stirpe demonstrativa इ (v. r. 270.) et p formi anomali, cum variis nominibus quae diem significant cognatis, quae fortasse e दिवा est orta, correpta et finali et suppressa semivocali इ, quam ob rem इ in इ transire debuisset.

\*\*) Ex pronominali stirpe इ (v. r. 270.) addito suffixo ति, conferantur *idem* et *identidem*.

\*\*\*) Ab obsoleto neutro एत् (v. r. 273.) addito suffixo चित्.

f) Tanquam Praefixum cum चत् et च् *esse* componitur.

*falso*, मूढसु *identidem*, iterum iterumque (plerumque bis ponitur),  
 वया *frustra*, शश्वत् *semper*, perpetuo, अस् *cras*, सद्यस् *momento*, *statim*  
 (v Gloss), सनत् *et* सना *continuo*, *semper*, सम्प्रति (सम् + प्रति) *nunc*,  
*hoc tempore*, एषु *heri*\*)

686 Adverbia secundum v 683 n 2. et 4 formata si tanquam  
 prius Compositi membrum ponuntur, Accusativi Characterem abji-  
 ciunt, e c सततम् *semper iens* (*ventus*) e सततम् + अ --- Reliqua eu-  
 phoniae legibus tantum subjecta sunt, e c उच्चैर्घट्ट ex उच्चैस् + घट्ट  
 v WILSONIUM

## CONJUNCTIONES ET PARTICULAE EXPLETIVAE.

687 Paucae tantum in lingua Sanscrita Conjunctiones inve-  
 niuntur, earumque nonnullae etiam sunt Particulae expletivae, e non  
 sensibili significatione Utrasque alphabetico ordine haec apponimus  
 (cf Glossarium)

अतश्च *itaque*, *ergo* (v r 652 suffix तश्च) अथ 1 *at*, 2 *et*, *etiam* \*\*)  
 अथो *etiam*, *adeo* etc vid Gloss उ, explet उत explet उतादि  
*aut*, *an* एव *etiam*, *nempe*, *perfecto*, explet किञ्च (किम् + च) *sed*  
 किन्तु (किम् + त्त) *autem*, *etsi* च 1. *et* Sicut Latinarum *que*, *sem*

\*) ह्यसु corruptum esse videtur e voce compos ta<sup>1</sup> cujus pars prior fuerit stirps demon-  
 strativa, poster or quoddam substantivum significans *diem* suspicor formam द्विषु vel ह्यषु  
 (cf व घत्) itaut prior pars conven ret cum part culis quas pronominal s orig inis esse puto  
 द्वि *em* et ह Notatu est dignum etiam in Germanicis linguis esse stirpem demonstrati-  
 vam, quam dialecti nonnullae fere solum in compos itione cum *diem* vel *noctem* expro-  
 priis substantivis conservarunt et quae Gothice sonat *hi*, cujus Dativus et Accusativus  
 apparent in *himnadaga hode* et *hinadag iunc dem* (v Jac Grimm Gramm I 791)

\*\*) घय v detur ex pronomali stirpe घ (v r 270) suffixo घ add to ortum esse, quod  
 quidem suffixum praeterea nusquam invenitur suffixis autem घा et दम् (v r 652) arel ssume  
 cognatum est qua ex or g ne opt n e s gnificat ones *sum* et *nu c* expl cari possunt (vid  
 Gloss) Eiusdem originis est घट्ट

per postponitur, et, si bis positum est, idem valet atque *et-et*, 2. expletiv. चैत् *si*\*) चैव (च + एव) 1. *et, etiam*, 2. *autem*. तत् *itaque, ideo, propterea* (respondens ad relativum यत् *quia*). तदा 1. *tunc tempore* (respondens ad यदा *quum*), 2. respondet ad यदि *si*, ubi sensu convenit cum germanico *so*\*\*). तथापि *tamen, attamen, nihilominus*; n Hitopadesi soluta oratione saepenumero tanquam Correlativum vocis यथापि *etsi* invenitur; non raro etiam ubi यथापि non antecedit, usurpatur. तस्मात् (Ablat. a तत्) *ideo, propterea*. ताद्यत् *tum*, ita ut it correlativum vocis यावत् *quum*, in Hitopadesi soluta oratione. इ 1. *autem, vero*, postponitur. 2: explet. मा *ne*. यत् (Acc. neutr. pronominis relativi) 1. *quia*, 2. *quod* (nostrum *dast.*). यत्र (v. r. 652. suffix. त्र) 1. *quia*, 2. *quod* (nostrum *dass.*). यदा (v. r. 652. suffix. द) *quum, dum, quando*. यदि 1. *si*, 2. *an, num*, utrum (germanice & v. Gloss.). यद्यत् (यदि + यत्) 1. *vel*, 2. *utrum, an* (v. Gloss.). यथापि (यदि + अपि) *quanquam, etsi, etiamsi*. यथा (v. r. 652. suffix. था) ut. यस्मात् (Ablat. Relativi) *qua*. यावत् *quum*. चा 1. *aut, sicut*

\*) Proprie significat *et si*; et sine ulla dubitatione compositam est ex च et यत्. Nunquam in sententiae initio ponitur, id quod propter particulae naturam fieri nequit. इत् इ-  
sum quidem simplex usu non conservatum est, veruntamen recte nos conjunctionem चत्  
explicuisse apparebit, si ad similes conjunctiones चैत् *nisi*, ex न + इत् et चैत् *si* (*nisi* forte  
vertendum est: *aut si*) ex वा + इत् respiciamus. Apud scriptores tamen चैत् et चैत् non-  
dam inveni, quae quidem verba fortasse in Vêdis tantum leguntur, prius in Zendica lin-  
gua sonat *ndit*, quod ibi significatione non saepissime invenitur. Posterius istarum Con-  
junctionum compositarum membrum इत् Neutrum demonstrativae stirpis इ (vid r. 270.)  
habeo — ad analogiam formarum तत्, यत्, कथत् et Latini *id* — id quod eo confirmatur  
quod यदि item a pronomine, et quidem a Relativo (v. r. 272.) originem trahit, et quod in  
universum omnes fere conjunctiones ex pronominiibus sunt ortae. WILSONUS tamen चैत्  
a radice चिन्त् *cogitare* deducit, neque चैत् nec चैत्, quae WILKINSONUS et COLEBROOKUS in  
Grammaticis asserunt, recepit (cf. Pânjo. schol. p. 94. ubi tamen चैत् desideratur).

\*) Sine ulla fere exceptione in ea Hitopadesi parte, quae soluta est oratione confecta,  
quae quidem, etsi quam vetustissimas fabulas referat, ab ea tamen forma quam nunc praese  
fert, recentiori temporis attribuenda videtur esse.

Latinorum *re* postponitur, et bis positum idem significat atque *aut-aut*. 2. *explet.* *ए* *explet.* *स्म* *explet.*; si cum tempore Praesentis constructur, huic Praeteriti notionem addit. *ए* *explet.* *हि* *etiam* postponitur\*).

### PRAEPOSITIONES.

688. Ex eorum praefixorum numero de quibus *r.* 111. actum est, *अनु* *post* et *प्रति* *versus*, *contra*, separata quoque adhibentur, cum Accusativo constructa, prius etiam cum Genitivo. Grammatici etiam *अभि*, *अप* et *परि* separatim usui admittunt, primum cum Accusativo, *अप* et *परि* cum Ablativo (Pānin. p. 115. et 151.).

689. Praepositio inseparabilis *आ* conjungitur cum Substantivorum Ablativis, ubi significat *usque*; e.g. *आसिमुद्रात्* *usque ad mare*. Etiam cum Accusativo substantivorum *आ* conjungi dicitur; utraque compositio ad classem *Avyaylbhāvorum* referri potest, prior cum *सा* *चात्*, posterior cum *समन्तम्*, *प्रत्यक्षम्*, *परोक्षम्* convenit (*v.* *r.* 675.).

690. Notentur praeterea Praepositiones haec: 1) cum Accusativo interdumque cum Ablativo, *इति* *praeter*, quod forma est Locativus participii in *त्* desinentis (*v.* *r.* 606.) e radice *इ* *ire*. 2. cum Instrumentali: *सह*, *सार्धम्* (*सार्द्धम्*), *समम्*, *साकम्*, *सत्रा* *cum*\*\*), *बिना* *sine*, quorum postremum etiam cum Accusat. invenitur. 3. cum Ge-

\*) In Amara-Kōscho तु, हि, च, स्म, ए, *ए* *expletiva* esse docentur, quae quidem ad verbum supplendum adhibeantur (पाठपुराणे)

\*\*) Usitatissimae sunt *सह* et *सार्धम्* (*सार्द्धम्*) ex *स* et *र्ध* (*v.* *r.* 675. not.), *समम्* invenitur in Hitopadēai oratione solutata et *Dvāndvātām*, *o* (ed POLEY VIII 43) *साकम्* et *सत्रा* apud auctores nondum inveni, itaque ex earum significatione tantum conjici licet, Instrumentalem cum iis conjungi. Quod ad originem attinet praepositionum *सह*, *समम्*, *साकम्* et *सत्रा*, diversis suffixis e stirpe pronominali *स* (*r.* 267.) eas ortas esse censeo, ita ut *सह* formatione conveniat cum *इह* *haec* ex *इ* (*r.* 270.), *सत्रा* cum *तत्र* *ibi*, *producto* *थ*, et cum *गुण्यत्रा* *inter homines* (*v.* *r.* 652 suff. *त्रा*).

nitive: अन्तर *inter, infra*, उपरि *super*, परम्, परतम्, परन्तात् *coram*, अधस्तात् *infra*). 4. cum Ablativo: बहिर् *ex*, इति *praeter* (saepius c. Accus.), विना *sine* (saepius c. Instr.).

691. Substantiva et Adverbia composita Substantivo quodam terminata (r. 675.), ubi Praepositionum vice funguntur, omnia cum Genitivo construuntur. Notantur haec: अर्थ *res, causa*, in Acc. Instr. Dat. Loc. — अर्थम्, अर्थेन, अर्थाय, अर्थे — significat *causam*; eandem vim habet कृते, Locat. nominis कृत *n. factum*, et निमित्तम् Accusat., qui pro adverbio habetur, a निमित्त *n. causa*. अग्र *cusps* in Locat. et si cum suffixo त् (r. 652.) compositum est — अग्रे, अग्रतम् — significat *coram, ante*; eandem vim habent Composita adverbialia. समक्षम्, प्रत्यक्षम्, अभिमुखम् (r. 675.) et Accusat. adverbialis सान्निध्यम्, a सन्निधि *praesentia* addito suffixo य (r. 650.). Saepenumero vocabulum rectum cum regente ad compositum dependentiae (r. 672.) conjungitur.

## INTERJECTIONS.

692. Usitatissimae Interjectiones sunt: अहो, अलोचत (अहो + चत) exclamatio lamentandi, हेय! आः stupendi, ओ! उम् irascendi, contemnendi. धिक्, abhorrendi, detestandi, c. Accus., भो appellandi, अगे! हेय! चत *ah!* स्वाहा exclamatio quam ii pronuntiant, qui Diis dona offerunt. हन्त *age!* हा *ah!*

\* पुरात् anomale ex पुरम् est formatum addito suffixo त्, ita ut sit pro पुरत्. De पुरत् et चत्ताम् videas, quae in r. 652. de suffixo चत्ताम् exposui.



उभय 278.	श्रोह 151.	उरु 212.	मरुत 200.
उशनस 231.	गोर्क्ष 209.	द्वितीय 251.	मरु 212.
उणिगुरु 214.	चरम 250.	नरु 216.	मूर्धन * मूर्धन *)
ऊरु 213.	शरु 159.	न 192.	य 272.
शरुभ 223.	शरा 151.	नेम 278.	शयन 205.
शरुभन 223.	त 267.	पति 161.	शरुत 215.
शरुभस 223.	ततम 277.	पय 223.	यतन 277.
शरुभिन् 223.	ततर 277.	पन्यन 223.	यतर 277.
ए 270.	तति 286.	पन्थस 223.	यति 286.
एका 279.	तादक्ष 287.	पधिनु 223.	यादक्ष 217.
एकतम 277.	तादम् 287.	पद 206.	यादन् 287.
एकतर 277.	तादृश 287.	पाद 206.	यादृश 217.
एत 269.	ताद्यत् 283.	पर 279.	याद्यत् 283.
एताद्यत् 283.	तिरश्च 200.	पुंन 235.	यद्यत् 225.
एन 269.	तिर्यच् 200.	पुमान् 235.	यन् 225.
एप 269.	तिर्यच्च 200.	पृथ्व 279.	घात 211.
श्रेष्ठ 213.	तृतीय 291.	पृथ्व 226.	धिस्र 278.
क 273.	न्य 269.	पृथ्व 226.	शयन 205.
कातम 277.	स्त्व 278.	प्रतीच् 198.	शरुत 205.
कातर 277.	दधन् 165.	प्रत्यच् 198.	शशयन् 155.
काति 286.	दधि 165.	प्रत्यच्च 198.	शत्रिय 165.
कातिपय 250.	दिच् 208.	प्रयम 200.	शनु 225.
कि 273.	दिवन् 227.	प्राच् 202.	शन् 225.
किञ्चन 281.	दोपन् 233.	प्राग् 202.	शेतघ्न 211.
किञ्चित् 281.	दोन् 213.	भद्यत् 221.	शेतघात 211.
कियत् 295.	ख 209.	मघयन् 225.	न 277.
श्रोह 151.	यो 208.	मघोन् 225.	सयन 161.



सखि 164.	सगृच् 210.	सिम 278.	खृद् 212.
सख 164.	सम 278.	स्त्री 168.	स्व 279.
सखी 163.	सर्व 275.	स्त्रिद् 212.	हनू 190.

694. Cónsequens tabula continet ordine alphabetico radices, quae in Conjugatione aut in Participiorum formatione anomaliae sunt, una cum formis, quas, omissis iis quae ab euphoniae legibus requiruntur, in formationibus anomalis assumunt — veluti उच् pro वच्, इञ् pro यञ् \*) — radicibusque vicariis, quae in specialibus temporibus sunt usitatae.

अञ्च् 379.	आत्थ् v. अद्द्.	इम् 360.
अद्द् 325. 567.	आप् 459 n. 1. 468 n. 8. 540.	इप् 488
अत् v. अद्द्.	आसीन् v. आस् 599.	इञ् 539 n. 3.
अद् 355. 468 n. 5.	इ 346. 521. 531. **)	उ 511.
अन् 351.	इञ् v. यञ्.	उ v. वे
अय् 459 n. 5.	इच् 337	उच् v. वच्.
अवधोद् 109.	इन्ध् 379.	उब् 539 n. 3
अय् 316. 567.	इप् 337 468 n. 12.	उद् v. वद्
अस् 420.	ई 511.	उन्द् 378. 539 n. 3.
अम् esset. 365. 366. 367.	ईद् 360. 458.	उप् v. वप्.
अद् 456 <sup>b</sup> ).	ईप्स् v. आप् 540.	उम् v. वम्.
आञ्च् 459 n. 1.	ईप् 540.	उप् 459 n. 5

\*) Simul etiam ad indicem respicias, quem in r. 620. habes. Formas quae vel *Guna* vel *Praddhis* incremento, vel nasali littera inserta oriuntur, in Indicem non recepi.

\*\*) In formis puris Praeteriti redopl. haec radix inserit v. inter ई vocalem, ex इ repositae et इ radicalis syllabae ortam (v r. 432.), et vocales terminationum, id quod ab euphoniae lege 51. recedit, qui e r ई + इय efficeret इयिन् neque इयिन्. Formae auctae sunt regulares, inde इ. इयन् vel इयन्, prius ex इ + ऐ + ञ, posterius ex इ + ए + ञ, इ. इयिन् vel इयेन्, इ. इयान्.

उप व. वस्.	क्रद् 328.	गु Cl.6. 331.
उह व. वह.	क्रन्द 328.	गु Cl.9. 385.
ऊर्ण 351. 403. 459 n.2. 567.	क्रम 331 <sup>o</sup> . 468 n.10.	गी 474. 499. 519. 612.
क 369. 446. 472. 493. 521 n.3.	क्री 521 n.1.	ग्रथ 440.
541.	क्रीड 325.	ग्रथ 340.
क व. क.	क्ताम् 331 <sup>o</sup> .	ग्रह 386. 454. 480. 486. 50
कङ् 539 n.3.	क्ताम् 331 <sup>o</sup> .	513. 551.
कध 540.	कुध 468 n.6.	गह व. ग्रह-1
एञ 325.	क्रोष् 468 n.11.	ग्री व. गृ. 499.
एधि व. अस्.	क्षम् 331 <sup>o</sup> .	ग्लै 520.
धस् 364.	क्षिप् 468 n.8.	घत व. हन् 551.
काप् 459 n.5.	क्षिव 331 <sup>o</sup> .	घस् 351. 453. 468 n.13. 540.
कास् 459 n.5.	क्षु 641.	घातय व. हन् 524.
